

SAMUELIS BOCHARTI

RHOTOMAGENSIS

ECCLESIAE CADOMENSIS OLIM PASTORIS

HIEROZOICON

SIVE

DE ANIMALIBUS S. SCRIPTURAE

RECENSUIT SUIS NOTIS ADIECTIS

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLER

PHIL. DOCT. AA. LL. M.

TOMUS SECUNDUS.

LIPSIAE,

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCXCV.

CAP. XXVI.

p. 930.

Quid veteres et recentiores scripserint de animalibus unicornibus.

Ut nobis viam praestruamus ad explicationem *Hebraeae* vocis *רִמָּן* *rem*, vel *רִים* *rem*, quam vetustissimi interpretes *monocerotem* esse voluerunt, libet in hoc capite lectori ob oculos ponere, quae veteres et recentiores scribunt de animalibus unicornibus. Horum unum est *ῥινόκερος*, reliqua *μονοκερωτα*. Rhinoceros *Aristoteli* notus non fuit. Illum primus descripsit *Agatharchides* sub *Ptolymaeo Sexto*. Post quem *Artemidorus*, *Diodorus*, *Strabo* qui viderat, *Plinius*, *Solinus*, *Adrianus*, *Oxypterus*, *Philostrophus*, *Dio*, *Pausanias*, alii, quos non vacat hic exscribere. Tantum hoc quaesierim libens, cum constet, rhinocerotem unicum in naso cornu habere, unde belluae nomen, cui geminum illi tribuat *Martialis*; vel quisquis auctor est libri *Spectaculorum*, cum de *rhinocero* dicit *Epigrammate* vigesimo secundo:

*Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,
Iaciat ut impositas taurus in astra pilas.*

Gemino cornu, inquiunt, id est, *forti et vehementi*: quomodo dixit *Virgilius*,
— — — *duplici dentalia dorso.*

Alii *gemino cornu*; quia rhinoceros habet duo cornua, ut observat *Pausanias*, τὸ ἐν ἀκρῇ τῇ ῥινὶ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ ἔμεγα, unum in extremo naso, aliud supra illud non magnum. Neutrum ad rem, ut quidem puto. *Geminus* pro *forti* nusquam occurrit. In *Virgilio* *)

— — — *duplici dentalia dorso,*

id est, *lato*, inquit *Servius*: ut aut duplex agitur per lumbos spina: aut revera *duplici*, *cujus utrumque eminet latus*; et fere hujusmodi sunt omnes vomeres in Italia. Frustra etiam id observatur, rhinocerotem geminum habere cornu. Alterum enim est in dorso, quo ursum extulisse dici non potest. Itaque ad illud cornu non pertinent haec *Poetae*,

— — — *gemino cornu sic extulit ursum.*

Proinde *Politiano* cum haec non satisfacerent, is aliud excogitavit, nempe *ursum* dici *gravem gemino cornu*, Dativo casu, id est, *gravem etiam iis animalibus*, quibus

*) *Georg. lib. versu 173.*

quibus geminum est cornu; quales tauri, etc. Quod ut ineptum et coactum docti merito rejiciunt. Neque enim crescit robur cum numero cornuum. Arietes, et hircos, utut bicornes, nemo crediderit esse rhinocerote robustiores. Itaque *Poetas* locum puto esse corruptum, quamvis non videam satis, quomodo possit restitui. Varias tamen afferam conjecturas, ut in iis lector eligat, quod videbitur commodissimum, aut ipse meliora tentet. Fortasse *Poeta* non scripserat, *gravem gemino*, sed diversis Casibus,

— — *gravi geminum cornu sic extulit ursum.*

Geminum ursum, id est, *duos ursores*; non simul, sed successive oblatos, vel simul oblatos extulit successive: nisi malis *Geticum ursum*, id est, *Scythicum*; quia versus aquilonem ursi majores, essetque id *Θαυματώδες*, si majorem ursum cornu sustulisse dicatur rhinoceros. Sed *geminum* probo magis, quia sequente versu,

Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

Poeta plures pilas videtur opponere pluribus uris. Et de *Carpophoro* sic dicitur *Epigrammate* 23.

Ille tulit geminas facili cervice juvenco.

Gravi cornu, id est, *αἰνῶ*, *atroci*, *diro*, *molesto*, *infecto*. Vel, voce leviter inflexa, *brevis cornu*; quia pro belluae magnitudine cornu brevissimum est. Utrumque habet *Oppianus* in descriptione rhinocerotis libro secundo *Cynegeticōn*,

— — ὀλίγον δ' ὑπὲρ ἀκρῆς ῥινός

Ἀντέλει κέραι αἰνόν, ἀκαχμένον, ἄγχιον ἄορ

Breve super summum nasum surgit cornu, grave, acutum, saevum telum (1).

Iam haec scripseram, cum incidi in alias hujus loci interpretationes, quae mihi praecedentibus non magis satisfaciunt. Una *Staligeri* sic habet: *Rhinoceros est cornu gemino, altero pusillo in fronte, altero in nare robustissimo, quo audacissime pugnat ac vincit elephantum. Ut jam desinant nugari Grammatici de gemino cornu apud Martialem.* Sed pusillum illud in fronte cornu non aliunde p. 932. novit, quam ex pictura, qualem nullam vidimus. Anno *Christi* 1515. ex *India* in *Lusitaniam* advectus est rhinoceros, quem accurate pinxit *Albertus Durerus*, tum

1) Non laborasset Bochartus in hoc Martialis loco explicando, si notum illi fuisset, extare praeter rhinocerotem unicornem etiam bicornem, quem diligentissime descripsit SPARRMANN in *Attt. Holm.* 1778. trim. 4. n. 5. et in *Itinerario* p. 410. seqq.

vers. german. ubi Tab. IX. ejus iconem invenies, sed minus accurate expressam illam, afferente BLUMENBACHIO, in *Nott. ad Bruciani Itinerarii* T. V. p. 284., qui et ipse meliorem animalis delineationem adjici curavit Tab. XLV.

tum temporis insignis pictor. Et ex illius prototypo expressa *ἔκτυπος* per totam *Europam* sparsa sunt, quae cornu nullum exhibent in fronte rhinocerotis. Sed supra cornu, quod est in nare infima, quatuor tubercula, quorum summum frontem caetera glabrum in ima parte attingunt. Haec tubercula pro cornibus si habuit illustrissimus *Scaliger*, jam rhinoceros non erit *gemino*, sed *quingemino* cornu animal. Utut sit, his vel cornibus, vel tuberculis non extulerat ursum; sed unico illo, quod est in nare. Itaque haec nihil ad rhombum.

Altera *Iani Douzas*, *Petri Scriverii*, *Gerardi Vossii*, virorum, qui in his literis facile primas tenent, pro *urso* legit *urum*: quod sic explicant,

— — *gravem gemino cornu sic extulit urum,*

id est, *urum*, quavis *gemino cornu gravem*, tam facile sustulit, quam *taurus obiectat pilas*. Et merito (inquiunt) *gravem gemino cornu* *Posta* dicit, cum *singula urorum cornua*, teste *Plinio*, *duas urnas capiant*. At ne sic quidem videntur id obtinere, quod volunt, nempe, ut *urus gravis* dicatur esse propter cornua. Quid enim cornuum gravitas ad ipsum uri corpus, quod pendere necesse est plura millia pondo, si vere scripsit *Caesar* de bello Gall. lib. 6. cap. 28. *uros* esse magnitudine paullo infra elephantos: et *Servius* in librum secundum *Georgicorum*, exceptis elephantis, majores esse caeteris animalibus? Itaque quidquid ponderis his accedit ex gravitate cornuum, nullum momentum habet. Praeterea *Posta* sic scripserit rem prorsus impossibilem, nempe animal, elephanto pae-ne par, facile sublatum fuisse a rhinocerote, cui *Strabo*, qui viderat, tribuit solum *μέγεθος τῆ ταύρης*, tauri magnitudinem. *Artemidorus* quidem rhinocerotem ait *μικρὸν ἀπολείπεσθαι τῶν ἐλεφάντων*, vix inferiorem esse elephantis. Sed ne sic quidem facile sustulerit urum. Itaque rhinoceroti non *urus*, sed

— — *pila taurus erat.*

Liber Spectaculorum Epigrammate 9. de rhinocerote,

Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

Martialis ipse libri decimi quarti *Epigrammate* quinquagesimo tertio, cui titulus *Rhinoceros*, id est, guttus e naso rhinocerotis;

Nuper in Ausonia Domini spectatus arena.

Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

Haec igitur rhinocerotis fuit ultima virtus. Alioqui frigida esset laus, si *urum* etiam sustulisset, qui tauro multo maior est. At, inquiunt, rhinocerotis et *ursi* certamen impar fuisset, cum vulgari etiam tauro *ursum* superare minime sit operosum. Quod ipsum mihi quidem persuadet, non unum *ursum*, sed *geminum*

Rf 2

minum rhinoceroti fuisse objectum, ne impar esset pugna. Quamvis tauro usum superare non fuerit ita facile, quam illi volunt. Quin taurum ab urso prosterne, et qua arte, diserte docent *Aristoteles* ^{b)}, *Plinius* ^{c)}, *Solinus* ^{d)}, *Aelianus* ^{e)}. Et id ipsum insinuat *Eustathius* in *Hexaëmeron* pag. 35. Itaque nihil video hactenus, quod a priore sententia me dimoveat.

Rhinoceroti oppono feras *μετωποκέρωτας*, id est, quae cornu in fronte habent, atque illud quidem unicuin, quales equus, asinus et bos *Indici*, proprie dicta *monoceros*, *oryx*, etc. Equi meminit *Onesicritus* apud *Strabonem* libro decimo quinto, in *India* describens *ἵππους μονοκέρωτας, ἐλαφοειδείς, equos unicornes, cervinis capitibus*. *Aelianus* etiam *Historiae* libri tertii capite quadragesimo primo, ubi tam equi, quam asini *Indici* cornu numerat inter alexipharmaca.

Asinus Indicus, seu verius onager, equo par est magnitudine, albo corpore, capite purpureo, oculis cyaneis, carne amara et gustui ingrata. In fronte prominet unum cornu cubitale, vel sesquicubitale, in medio nigrum, album infra, supra puniceum, magni usus in medicina. Inter animalia solipeda solus p. 933. habet fel in jecore, et in pedibus talos, eosque nigros. Robur et pernititas summa est. Cornu, dentes et calces ex aequo terribiles. Locis maxime desertis degit. Vivus raro capitur. Haec *Apostolius* ^{f)} ex *Aeliano* ^{g)}, *Aelianus* ex *Ctesia* ^{h)}. Sed et ejusdem animalis plures alii meminerunt. In his *Aristoteles Historiae* libri secundi capite primo, *Plinius* libri undecimi capite trigesimo septimo et quadragesimo sexto, *Pollux* libri primi capitis undecimi sectione decima quarta, *Philostratus* in *Apollonio* libro tertio, *Antigonus Mirabilium* capite septuagesimo secundo, *Phile* capite trigesimo septimo. Et ex *Hebraeis Gersom* in *Porta coeli* fol. 26. b. ubi de asinis, והמין הזה במחור אינדיא יש לו קרן אחד במצחו כן כתוב בספר בעלי חיים *Etiam illa species in Indiae regione unicuin habet in fronte cornu. Ita scribitur in libro De animalibus.*

Boves in *India* solidis ungulis esse, unicornes etiam, ex *Ctesia* tradunt *Plinius* et *Solinus*. Eisdem in *Aethiopia* sic describit *Ludovicus Vartomanus Navigationum* libri secundi capite decimo quinto, *Vaccas etiam vidi (Zeila, quae est urbs Aethiopiae) cornu unicuin in fronte media habentes instar monocerotis, longitudine supra palmi magnitudinem. His cornu in terga resupinatum. Coloris sunt phoeniceii. Nempe tam in Aethiopia, quam in India, possunt illorum esse natales.*

b) *Hist. lib. 8. cap. 5.* c) *Lib. 8. cap. 36.* d) *Capite de Numidia.* e) *Lib. 6. cap. 9.* f) *Prev. 1357. "Oves ἐν μελίτταις."* g) *Hist. lib. 4. cap. 52.* h) *In India, apud Photium.*

les. Sed de *Oppiano* quid fiet, qui *Aonios* appellat libro secundo *Cynegeticō* [vl. 96. 97.], ubi de boum vario genere:

Μώνυχες Ἀόνιοι, σικτὸν γένος, οἰοκέρωτες,
 "Εκ τε μέσας κέρας αἰνὸν ἀπαντέλασι μετώπῃς"

Solidunguli sunt Aonii, varium genus, unicornes, et e media fronte grave cornu producant. Aonii, id est, Boeotici. Nulli enim *Aones* alibi, quam in *Boeotia*. In qua si qui fuerunt hujusmodi boves, quomodo id intactum praeterierunt *Di-caearchus, Strabo, Pausanias*, alii, qui *Boeotiam* tam accurate descripserunt? Et *Aristoteles* in eximio *De animalibus* opere? Ut *Plutarchum* taceam, qui de *Boeotia* sua tam multa habet insignia. *Oppianum* igitur puto ex aliquo scriptore haec hausisse, in quo post boves αἰ ὄνοι ponebantur in censu τῶν μονοκεράτων. Et cum ex αἰ ὄνοι factum esset αἰόνιοι per scribarum imperitiam, conjuncta sunt, quae fuerant divellenda. Eodem facit, quod boves illi *Aonii* ab *Oppiano* vocantur σικτὸν γένος, varium genus. Apparet enim, id petatum esse ex asinorum μονοκεράτων descriptione, qui partim albi erant, partim purpurei. Atque ipsum cornu habuerunt nigrum, album et puniceum. Quale nihil occurrit de bobus unicornibus.

Proprie dicta μονόκερας juxta veteres in *India* sola reperitur. Asperissimam esse feram, dicit *Plinius* libri octavi capite vigesimo primo, reliquo corpore similem equo, capite cervo, pedibus elephantis, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente, id est, pedum quatuor, ut *Solinus* interpretatur; caetera *Plinio* similis. Nec multo aliter hoc animal describunt *Aelianus* et *Phile*: nisi quod de cervino capite nihil habent. Et *Phile* os leonis illi affigit. Neque a monocerote puto diversos fuisse *Indicos* equos et asinos, de quibus supra: cum monocerotem in multis equo esse similem *Plinius* diserte asserat. Et asini *Indici* descriptio, qualis est in *Ctesia* et *Aeliano*, maxime accedat ad monocerotis descriptionem, quam, praeter eundem *Aelianum, Plinius, Solinus* et *Phile* nobis exhibent.

Sed ab his diversissimum fuit *Constantinopoli* unicornis ἐκτύπωμα, ex quo *Philostorgius* hoc animal ita describit libri tertii capite undecimo, Τὴν μὲν κεφαλὴν δράκοντος φέρεσ, κέρας δὲ σκολιὸν αὐτῷ πέφυκεν, ἔτι σφόδρα μέγα. ὁ δὲ ἀνδρεῶν αὐτῇ πῶγωνος ὑποπίμπλαται ἅπας. Μακρὸς δὲ ὁ τράχηλος, εἰς ὕψος ἀνατενόμενος, ὀκῶ δράκοντος ἐγγύτατα παρὰ πλῆσιος. τὸ δὲ ἄλλο αὐμὰ ἐλάφῳ προσέοικε μάλλον. τὰς δὲ πόδας λέοντος ἔχει. Draconis quidem caput habet, cornu vero curvum innatum ei, haud valde magnum. Mentum ejus barba totum oblitum est. Longaque cervix, in altum protensa, ad syrma draconis proxime accedit. Reliquo quidem corpore cervo similis magis. Pedibus autem p. 934.

Rr 3

leoni-

leoninis est. Quae eadem legere est in Nicephoro Callisto libri noni capite decimo nono.

Cum his si quis recentiores conferat ejusdem animalis descriptiones, duas omnino reperiet: unam Pauli Veneti libri tertii capite decimo quinto, alteram Ludovici Vartomani, Romani Patritii, libri primi capite decimo nono: sed quibus neque inter se, neque cum veteribus ulla ratione convenit. Prior enim sic habet, ubi de regno Basman in Java minore: *Inveniuntur apud eos elephanti et unicornes in magna multitudine. Et sunt unicornes paullo minores elephantis, pilum habentes bubali, et elephantis pedem. Habent caput ut aper, et, more porcorum, libenter morantur in luto et aliis immunditiis. In medio frontis gestant cornu unum, grossum et nigrum. Linguam habent spinosam, qua laedunt homines et animalia. Posterior talis est, Ab altera (Mecchani) delubri septa visuntur, in quibus unicornes gemini asservantur, etc. Alterum eorum, quem constat longe proceriorem esse, pullo equino triginta menses nato haud ab similem crediderim. Prominet in fronte cornu unicum longitudine trium cubitorum. Longe natu minor est alter, utpote anniculus, ac equino pullo simillimus. Ejus cornu quaterni palmi longitudinem non excedit. Coloris est id animal equi mustelini: caput cervi instar; collo non oblongo, rarissimaeque jubae, ab altera parte solum dependentes. Tibias habet tennes, easdemque graciles admodum, hinnuli modo. Ungulas anteriorum pedum bifidas habet, caprinos pedes ferme referentes. Tibiarum posteriorum pars exterior villosa est, pilique plurimi. Sane id animal ferum videtur; verum ferociam nescio qua comitate condit. Aducti sunt ex Aethiopia ab Aethiopum rege, etc. (2).*

Hic

(2) Rhinocerotem esse, de quo loquitur Paulus Venetus, vix est, quod moneam rerum naturalium peritos. Minus clarum, quodnam animal describat Vartomannus, de cujus itinere conferendus est OEDMANNUS in Praefat. ad Fasc. IV. libri saepius laudati: *Vermischte Sammlungen aus der Naturkunde* p. VI—IX. Unicornes non esse exterminandos e rerum natura, nuper contendit SPARRMANNUS in *Itinerario* p. 454. seqq. vers. germ. Afrorum de hoc animali narrationes in medium proferens. Consentientem secum habet P. S. Palladem, cujus haec verba ex literis, ad se datis, adscribit: *Quod monocerotem in interioribus Africae partibus etiamnum latere*

suspicionem moves, id mihi quidem haud inexpectatum; certeque jam dudum persuasus sum, non ex nihilo apud veteres illam fuisse famam. Sed vel casu unicornes Antilopes, de quibus in XII. fasciculo Spicilegiorum dixi, ansam dedisse, vel peculiarem forte speciem unicornem nobis hucusque ignotam, antiquitus innotuisse, quando interiora Africae itineratoribus Europaeis erant frequentiora. Sparrmanni aliorumque de unicorni narrationes et opiniones concessit WALTHERUS in Repertorii Litt. Orient. ab Eichhornio editi T. XVI. p. 101. seqq. Acerbum adversarium nactus est Sparrmannus BRUCIUM, Equitem Anglicanum, in Itiner. P. V. pag.

His libet addere, quae de monocerote reperio apud *Arabes*, quae nondum protrita sunt, nec in ore vulgi doctorum. In Scripturae *Paraphrastis* fere vocatur وحيد القرن et القرن الواحد *unicornis*, ut *Aethiopice* ἄλφ: φϙ: In *Alcamus* alicubi مرميس *mirmis*, et هرميس *hir-mis*. In *Damire* الحمار الهندي *afinus Indicus*, et حريش *charris*, vel حرسن *charsan*. Sed vulgatissimum *monocerotis* nomen, nec solum apud *Arabes*, sed et apud *Persas*, *Tartaros* atque *Indos* receptum est كركند *carcand*, كركندن *carcandan*, vel, ut plerumque scribitur, كركدن *carcaddan* ⁽³⁾. Eo enim *Historici* passim utuntur, et *Geographus Nubiensis* Clim. 1. part. 8. et 10. *Alkazuinius*, *Algiahid*, *Damir*, *Alcamus* saepiuscule, *Pentateuchi* *Paraphraustes Parisiis* editus, *Deut. XXXIII*, 17. Et foemininum كركندا *carcanda* reperitur in *Zamachfari*. Et *Copticum* ΧΑΡΧΙΝΟΣ pro *monocerote* videtur inde deflexum. Quin vetustum hoc fuisse nomen jam olim in usu apud *Indos*, his verbis docet *Aelianus Historiae* libri decimi sexti capite vigesimo: λέγεται δὲ καὶ ζῷον ἐν τέττοις εἶναι μονόκερον, καὶ ἀπ' αὐτῶν ονομαζέσθαι καρκάζωνον. Dicitur inter eos animal esse unicornes, quod *carcazonum* vocant. Et rursus, Μονίας ἐστὶν ὁ δὲ ὁ Ἰνδὸς καρκάζωνος. Solitarius est *Indicus* ille *carcazonus*. Ita enim scribendum pro καρκάζωνος. Haec de nomine. Feram ipsam *Alkazuinius* in *India* describit. *Geographus Arabs* nasci asserit in primo climate, in الرامي *Alrami*, *Indiae* insula, prope *Sarandib*, id est, prope *Zeilan*, seu *Taprobanam*. *Alrami*, Paulo Veneto *Lambri*, pars est *Indiae* minoris, quam is se lustrasse scribit, et in ea haberi unicornes, libri tertii p. 935. capite decimo tertio et decimo octavo. Alii non solum *Indiam*, sed et *Nubiam* illis assignant. *Damir* ubi de monocerote, معاندة ببلاد الهند والنوب *Fodinae ejus* (id est, loci natales) sunt in *India* et *Nubia*. Nempe in *Goyams*, vel *Gogiane*, *Abyssinorum* imperii parte extrema, ad *Lunae* montes et fontes *Nili* fluminis. Ibi enim unicornes ex incerta fama multi describunt. In his *Iohannes de Bermuden*, et *Ludovicus de Urrera* in *Aethiopiae descriptione*, et

113. vers. Lipf. Sed non tam refellit doctissimi *Suæci* sententiam, quam contumeliosas voces in ipsum emittit. Conferri tamen possunt, quae monuit vir quidam doctus in *Append. ad Brucii Itinerar.* ab *HASSENCAPIO* edit. p. 157.

(3) *Goli*us tamen in *Lexico*, quod ex *Geubarie* composuit, utramque vocem

كركند et حريش non tantum *unicornem* interpretatur, verum etiam *rhinocerotem*; quod ipsum animal ansam videtur praeuisse earum fabularum, quae de animalibus unicornibus *Arabes* narrant, quasque asserit *Bochartus* in iis quae sequuntur paginis.

et Marmolinus Africae suae libri primi capite vigesimo tertio. *En las serras de Beth, o de la Luna, que son en la alta Ethiopia, se cria un animal llamado unicornio, etc.*

De origine Arabes multa nugantur. *Damir*, يقال ان الانثى من هذا النوع تحمل كالثي الفيل سبع سنين ويخرج ولدها نابت الاسنان والقرن قوي الحافر *Dicitur foemina in ea specie uterum ferre, ut elephantis foeminam per septem annos* (aliud exemplar *per tres annos*, quod vero propius, et ab *Alkazuinio* confirmatur) *et pullum ejus educi ثابت crescentem*, (al. melius ثابت *firmum*) *dentibus, et cornu, et ungula jam robusta*. Sequitur, وقيل اذا قامت الانثى ان تضع يخرج الولد راسه مهنا يربي اطراف الشهر ثم يرجع وقد انكر الجاحظ هذا القول *Addunt, cum foemina vicina est partui, pullum caput educere, ut depascatur extremos ramos arborum, deinde in uterum recondi: quod tamen negat Algiahid*. Sunt, qui monocerotem hybridam esse volunt: sed ex quorum animalium coitu nascatur non satis liquet. *Damir* in uno exemplari, يقال انه متولد بين الفرس والفيل *Ajunt* quidam, *generari ex equo et elephante*. In altero, pro الفرس id est, equo, legitur القرش id est, ἈΣΠΙΔΟΧΕΛΩΝΗ. Ita redditur in *Lexico Coptico* pag. 171. Porro ἀσπίδοχελώνη est ceti species tam portentosae magnitudinis, ὥς πολλαῖς τοῖς ναυτιλομένοις νήσιν μεγάλης φαντασίαν ἐμποῖσσαι, ut saepe navigantibus speciem ingentis insulae exhibeat; ut *Eustathius* asserit in *Hexaëmeron* pag. 19. *Zamachjari* dicit, القرش cetum unum esse e maximis, qui naves frangat et subvertat. Alii rotundum esse dicunt. Proinde orcam esse puto, quae a tereti figura dicta est. Orca enim est valis genus rotunda forma; unde etiam *urceus*. Placuit igitur nugatoribus, nasci monocerotem ex elephantis cum orca coitu: quorum ille in terra, haec in mari maximum est animal.

Nec de mole satis convenit. In *Alkazuinio* كركند حيوان في جثة الفيل خلقته كخلقة الثور الا انه p. 996. Carcand (seu monoceros) animal est elephantis statura, bovis habitu, nisi quod majus est. In *Geographo* est الجاموس دون الفيل وفوق الجاموس *infra elephantem, et supra bubalum*: ut in *Paulo Veneto paullo minor elephante*. At in *Damire* est الجاموس دون *infra bubalum*: In *Vartomano pullo equino*

equino, triginta menses nato, haud absimilis: in Marmolio tamaño de un potro de dos años, id est, statura pulli biennis. In Geographo, في عنقها عوج كعنق الجمل لكن اعوجاجه بخلاف اعوجاج collum habet curvum ut camelus, sed contrario flexu: caput enim habet inclinatum ad anteriores pedes. In Alkazuinio, من العجب كونه قد جمع بين الجاقر, E mirabilibus naturae ejus est, quod solidam ungulam et cornu conjunctim habet, cum alia omnia animalia, quae cornuta sunt, ungulam divisam habeant. Contra Damir, وليس Nullum est في الحيوان ذو قرن مشقوق الطرف غيره cornutum animal divisum in extremis (id est, ungulis), praeter istud. Sed, addita negatione, legendum لا مشقوق non divisum. Sequitur, وهو يجتر كالبقرة والغنم والابل ويأكل الحشيش Et illud ruminat ut bos, et ovis, et camelus, et gramine vescitur. Animal est longaevisimum, si vere Alkazuinius, وهيئته وبعيشه Annis vivit septingentis, et impetus ejus ad Venereem incipit post annum quinquagesimum.

يخافه جميع. ira praecept. Est in eodem سريع. Timent illud omnia animalia in terra Indiae. كان بارض لم يدع شيئا من الحيوان في تلك البلاد حتي لو كان بينه وبينه مائة فرسخ Cum aliquam terram occupavit, non permittit, ut ullum animal in ea degat in centum parasangarum intervallo ab omni parte. Et reliqua omnia prae ejus metu fugiunt. Haec Alkazuinius. Damir etiam, qui refert, أهل الهند شديد العداوة للانسان p. 937. إذا شم رائحته أو سمع حسه طلبة فادأ أدركه قتله grave in hominem est odium, ita, ut cum vel ex odore, vel ex auditu eum sensit, quaerat illico, et repertum interficiat, non tamen ex eo quidquam comedat. Est et illi cum elephante bellum internecinum. Damir, وهو عدو الفيل. Infensum est elephanti. Nec multo post, قرن واحد في راسه عظيم لا يستطيع لثقله أن يرفع.

يرفع راسه وهذا القرن مصمت قوي الاصل حاد الرأس
 Et uni- يقاتل به الفيل فلا تغيبه معه ناباه شيا
*cum cornu habet in capite tam magnum et grave, ut caput tollere non possit. Est-
 que solidum illud cornu, validum in radice, acutum in summitate, quo elephantem
 interficit, nec quidquam ei profunt sui dentes.* Et rursus, انه ربما
 نزعون انه ربما Illud elephantem ajunt, suo
 القرنه نطح الفيل فرفعه علي قرنه
cornu transfixum, saepe sublimem attollere. Unde Alcamus, الكركدن
 دابة تحمل الفيل علي قرنها Alcarcaddan, fera, quae su-
 per cornu suum fert elephantem. Sed, ut monoceros elephantem, ita ruch avis
 رخ طاير Idem Alcamus, كمبر يحمل الكركدن
*Ruch, magna avis, quae fert mo-
 nocerotem.* Quin etiam lethalis est monoceroti in elephantem victoria. Alka-
 zuinius, انا راى الفيل يتيه ورأيه ويضربه بقرنيه
 ويقوم علي رجلية ويرفع الفيل حتي يتشبث
 بقرنيه ثم يريد ان يخلص لا يمكنه فخر علي الارض
*Cum videt elephantem, cum a tergo ag-
 greditur, et cornu suo ferit, et stans in posteriores pedes elephantem attollit, do-
 nec in cornu suum infigatur. Tum vero libenter se eriperet, sed non potest, et
 cadit in terram, et moritur tam ipse, quam elephas.* De caetero additur ان
 السلاح لا يعمل في الكركند ولا يقوم له سبع ويهمه
 p. 938. tela in monocerotem nihil posse, neque feras in eum insurgere, quas illum sollici-
 tum teneant. Interim tam diro animali mutua esse fertur cum palumbo amicitiae
 necessitudo. Idem ibidem, يحب الفاختة يمشي الي شجرة
 عليها عش الفاختة فيقف تحتها ويطيب نفسه
 بهديرها والفاختة تقع علي قرنه فلا يحرك راسه كي
*Palumbum ita diligit, ut se conferat ad arborem, in
 qua is nidificat, et sub ea stet, et ejus gemitu delectetur. Stat vicissim palumbus
 super illius cornu: et immoto capite manet monoceros, ne palumbus fugiat. Super-
 sunt de cornu quaedam dicenda.*

Iam

i) Legendum, بهديلهـا.

Iam illud grave et solidum descripsit *Damir*, et in radice validum, et in summo acutum. Et *Geographus*, لها قرن في وسط جبهتها *In media fronte cornu habet longum, et crassum, quantum ambae manus completi possunt.* Et *Alkazuinius*, علي راسة قرن واحد حاد الرأس غليظ الاسفل فيه احنا *Unicum in capite cornu est, in summo acutum, infra crassum, cum striis extra gibbosis, et intus concavis.* Haec de superficie: nunc audi, quid intus lateat. *Geographus*, يوجد في بعض هذه القرون انا هي شقت صورة انسان او صورة طائر او غيره من الصور كاملة الشكل بيضا *In horum cornuum nonnullis, si scindantur, invenitur hominis, aut avis, aut rei alterius figura, coloris albi, perfecte delineata.* Et paullo post, وتكون الصورة *Et figura, quas reperitur, totum cornu occupat ab initio ad extremum.* Ita etiam *Algiahid* in libro الامم *Sacerdotum*, متني نشر ظهر فيه صور عجيبة مختلفة *Cum scinditur, in eo apparent variae figurae mirabiles.* -Et *Damir* disertius, وانا نشر طولا تخرج منه صور مختلفة بياض في سواد كالطاووس والغزال وانواع الطير والشجر وصور *Cum ferra dissecatur in longum, variae ex eo figurae emergunt albi coloris in nigro, puta pavonum, caprearum, avium et arborum certae speciei, hominum quoque et rerum aliarum picturae mirabilis.* Usus quod attinet, cum in cornu tales figurae reperiuntur, ex eo fieri scribit *Geographus*, مناطق تساوي من القيمة كثير *balteos, qui magni aestimantur.* Nempe a *Sinensibus* maxime. *Algiahid*, يتخذ اهل الصين من تلك القرون مناطق تبلغ قيمة *Inde Sinensis populus balteos desumit, quorum singuli valent plus quam quatuor aureorum fclorum milia.* Ita *Damir* ex iisdem cornibus sumi dicit الملوك *bracteas regum soliis, et balteis exornandis, quae carissime emuntur.* Sed et اهل الصين *nobilissima Sinensium monilia ex eadem materia confici scribit Algiahid.* Et *Gibumi*, reges *Indias*, ex hoc ipso cornu-habere انصبة السكاكين للموايد

للبروايد *cultorum manubria ad mensarum usum*, quae venenatos cibos sudore suo prodant. Facile esset addere multo plura hujus commatis ex *Damire*, et aliis de cornu monocerotis: sed praestat

Μέτρα φυλάσσεσθαι· καὶρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

Nunc ab extremo meridie in septentrionem delatis, alia se offeret species monocerotis; nempe حرشن *charshan*, vel حريش *charis*, cujus haec est descriptio in *Alkazuinio*: حرشن حيوان في حجم الجدي ذو عدو وعلي رأسه قرن واحد كقرن الكركند وأكثر عدوه علي رجلين لا يلحقه شي لسرعة استحضاره Charfan مشية وانه ليوجد في عياض سجستان وبلغار *est animal hoedi statura, ad cursum agile, unum in capite cornu habens, ut cornu cartand (seu proprie dicti monocerotis). Pedibus tam rapide currit, ut nullum animal id assequatur propter gressus ejus celeritatem et pernicietatem. Reperitur in Segeftanae et Bulgariae sylvis. Damir, الحريش دابة لها مخالب كخالب الأسد ولها قرن واحد في هامتها Charis fera, quae habet ungues tanquam leonis, et in medio capitis cornu unicum. Vulgo carcand vocatur. Abu- p. 940. giar Attaugidaeus, هي دابة صغيرة في حجم الجدي ولها من قوة الجسم وسرعة الحركة ماتعجز القناص ولها في وسط رأسها قرن واحد منصبت مستقيم تنطح Parvum est animal hoedi species, cui robur corporis et motus celeritas tanta est, ut fatiget venatores. • In medio capite habet unicum cornu solidum, rectum, quo omnia animalia impetit, neque ullum est, a quo superetur. Eodem refer haec Eustathii in *Hexaëmeron* pag. 40. 'Ο δὲ μονόκερος ζῷον ἐστὶ μικρὸν, ὅμοιον εἰρῶ δειμύτατον σφόδρα· ἐν δὲ κέρασι μόνον ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἔχει τῆς κεφαλῆς. Monoceros animal parvum est, hoedo simile, asperissimum, unicum cornu habens in summo capite. Hujus animalis venandi, si credimus, mira ratio. Damir ubi supra, ويكتال الصيدها بان يعرض لها فتاة عذراء أو صبية حسنة فإذا رأتها وثبتت الي حجارها كأنها تريد الرضاع وهلك محبة فيها طبعية فإذا رضعته تصير كالنشوان من الخبز فيأتيها القناص علي تلك الحال*

الحال فيشدها وثاقا علي سكون منها بهلكة
 الحيلة *Et dolis utuntur ad ejus venationem. Ipsi scilicet offertur virgo, aut puella pulchra; qua visa, in antrum suum insilit, lactari gestiens, quod natura sua maxime appetit. Et postquam lactata est, fit ebria, tanquam ex vino. Quo momento venatores, in eam irruentes, hac arte firmiter vinciunt non relucantem. Ita fere Isidorus Originum libri 12. cap. 2. Tantas autem fortitudinis est (unicornis), ut nulla venantium virtute capiatur; sed, sicut asserunt, qui naturas animalium scripserunt, virgo puella proponitur, quae venienti sinum aperit, in quo ille, omni ferocitate deposita, caput ponit, sicque soporatus, velut inermis, capitur. Et Eustathius, jam citatus de parvo illo unicorni, hoedo simili: Θηρεῖται τοιῶς δὲ παρθένον ἀγνὴν ῥίπτουσιν αὐτὴ ἐπὶ προῶθεν· ὁ δὲ εἰς τὰς κόλπους αὐτῆς ἐφάδεται (al. εἰσβάδεται)· ἡ δὲ περιδάλλεσθαι αὐτὸν, εἰς τὰς οἰκὰς τῶν βασιλέων ἀποκομίζεις. Hac ratione capitur. Virginem incorruptam ante eum conjiciunt: in cujus sinum insilit (aut se conjicit): illa autem, fovendo complexa, in regias domos defert. Petrus Damianus libri secundi Epistola decima octava, Nunquam scilicet a venatoribus capitur, nisi prius in virginis gremio reclinetur. Albertus Magnus, Unicornem, ajunt, adeo puellas virgines venari, ut, ipsis visis, mansuescat, et aliquando, juxta eas in somnum delapsus, capiatur ligeturque. Apud Tzetzen Chiliadis quintae capite septimo venatores*

Νέον τινὰ τῶν κρατερῶν εὐλόγησαντες ὡς κόρην, etc.

Juvenem aliquem e fortioribus, puellari stola indutum, et eximiis aromatibus imbutum, illius antro admovent: cujus specie et fragrantia fera illecta, venatoribus se offert, qui, pretioso cornu abscisso, illam dimittunt. Fabulae, toties jactatae, et tot modis interpolatae, dedit occasionem, quod veteres monocerotem scripserant solitarium esse animal, et marem a foemina plerumque disfidere: certo tamen anni tempore foeminae amore mansuescere, et cum illa pasci. Aelianus Historiae libri decimi sexti capite vigesimo, Ὡς δὲ ἀφροδίτης τῆς σφετέρας συνδυαδὲς πρὸς τὴν θήλειαν πεπραύνηται, καὶ μέντοι καὶ συννόμῳ ἔσιν, Et Phile capite 36.

Πραύνηται δὲ παρὰ τὴν θῆλυν μόνον,
 Οἷσιν χαλινοῖς ἐκδαμάζων τὸν τύπον.

Itaque ad puellas translatus est, quod a veteribus traditum fuerat de foemina monocerotis. Ad borealem hunc monocerotem pertinent, quae citat Gesnerus in capite De Oryge ex Epistola Antonii Schenbergeri: Certum est minimeque dubium, in Carpatho monte versus Russiam Transylvaniamque reperiri feras, similes omnino rupicapris, exceptio quod unicum cornu ex media fronte enascitur, nigrum, dorsum versus inflexum, simile omnino rupicaprarum cornibus. Et quae

idem habet in fine *Corollarii* de monocerote: *Rupicaprae generis unicornae*, Polonice *skalnakozia*, quasi rupea capra, invenitur in monte Carpatho, et saepe in venatione Cracoviam in aulam adfertur, ut retulit Albertus Moscenius Polonus, eximiae doctrinae juvenis, ipsum se non semel vidisse asserens.

Etiam huc pertinet *الميراج mirag*, Alkazuinio *دابة عجيبة* مثل الارنب علي راسه قرن واحد ام يرها شي من الدواب *animal mirabile, specie leporis, cornu unicum in capite habens: quo viso, fera nulla est, quae non statim fugiat. Reperitur in insulis maris. In Alkazuinio meo nondum reperi: tamen ex eo citat Damir. Alibi, quod sciam, hujus animalis nulla mentio. Sed in vita Peirescii cornutos lepores memorat Gassendus *). Verba sunt: Visere voluit (Lovanii) apud viduam Medici cujusdam cornutos duos lepores, qui ex Norvegia dicebantur allati. Et quia reperit mortuum alterum, obtinere quovis pretio et illius cornua, et geminorum iconisum voluit.*

Ex quorundam sententia, sed quam suo loco ^h) refellimus, his addendus *اليامور هو jamur*, vel *ياحمور jachmur*. *Ibno-Saidae*, جنس من الاعدال لو بشبهة له قرن واحد يتشعب في وسط راسه *Iamur est ibicis genus, aut ibici similis, in medio capite unum cornu habens, in multos ramos divisum. Cujus generis omnino fuit bovis, aut cervi genus, quem in Hercynia sylva Caesar ita describit lib. 6. cap. 26. Comentariorum. Est bos, cervi figura, cujus a media fronte inter aures unum cornu existit extelsius, magis directum his, quae nobis nota sunt cornibus: ab ejus summo sicut palmae ramique late diffunduntur.*

Symsoni Sethi peculiare hoc fuit, quod musci capreolum voluit esse monocerotem: Τὸ μῶσχος, inquit, διάφορα εἶδη εἰσὶν ὧν ὁ κρείττων γίνεται ἐν πόλει τινὶ πολὺ τῆς Χοράσης ἀνατολικότερα, λεγόμενη τῆ Παῖτα. ἔστι δὲ τὴν χροϊάν ὑπόξανθον. τὰς δὲ ἤττον ὁ ἀπὸ τῆς Ἰνδίας μετακομιζόμενος ῥέπει δὲ ἐπὶ τὸ μελάντερον. καὶ τὰς πάλιν ὑποδεέστερος ὁ ἀπὸ τῶν Σίνων ἀγόμενος. πάντες δ' ἐν ὁμφαλῷ ἀπογεννῶνται ζῶντινός μονοκέρωτος μεγίστη ὁμοίᾳ δοκεῖσσι. *Musci variae sunt species. Optimus nascitur in urbe quadam, Tupata dicta, quae multo magis est orientalis, quam Chorale. Colore autem est subflavus. Et isto deterior est, qui ex India advehitur, ad nigrum vergens. Quo rursus imbecil-*

*). *Lib. 2. pag. 96. ... l) Cap. 22. pag. 913.*

imbecillior, qui deferitur ex Sinis. Omnes autem generantur in umbilico animalis unicornis maximi, capreae similis. Urbis nomen, unde advehitur, Graeco divisio vocibus scribitur τῆ Πατά, et a Ruellio Pata redditur. Sed rescribendum Τῆ-πατα, id est, تبت Tubet, urbs, et regio notissima (ultra Chorasā, quae hic Chorase dicitur), ex qua moschum optimum advehi magno consensu scribunt Arabes. Avicenna libri secundi capite De musco, أجوده بسبب معدنه Optimus est suae fodinae (id est, originis) ratione Tubetienfis. Interpres ridicule, Melior est secundum mineram suam Antebium. Geographus Nubiensis in fine Climatis quarti, المسك التبتی افضل من سایر Muscus Tubetienfis praestat reliquis ex India et Sina. Perinde, quamvis etiam in India proveniat muscus, Tubetienfi tamen Indi libentius utuntur, tanquam suo praestantiori. Damir capite ويغال انه يسافر من التبت الي الهند فيلقى ذلك المسك هناك فيكون ربياً Muscus e Tubet dicitur in Indiam advehi, in qua quidem muscum etiam reperire est, sed malum. Idem de Sinenfi musco iudicium, qui cur sit Tubetienfi deterior, doceant haec Masudii in libro Mixtionis auri cum metallis substantiae terreae. فضل المسك التبتی علي الصينی بجهتين احدهما ان الطيب التبتی ترعى سنبل الطيب وانواع اقاربها وطيب الصين ترعى الحشيش دون ما ذكرنا من انواع حشيش الطيب الذي ترعاها التبتية والجهة الاخرى ان اهل التبت لا يعرضون لخراج المسك من ذوا فحة ويتركونه علي ما هو نه وان اهل الصين يخرجونه من النوافج Muscus Tubetienfis Sinenfi praestat duabus de causis: quarum una est, quod capreae Tubetienfes pascuntur spica odorata (nardo) et aliis aromaticis, cum Sinenfes capreae herbis pascantur, quae sunt inferiores herbis illis aromaticis, quibus pasti diximus Tubetienfes capreas. Altera causa haec est, quod Tubetienfes muscum non solent e folliculis suis educere, sed eum relinquunt super id, in quo est. Contra Sinenfes eum educunt e folliculis, etc. Hunc ipsum Masudii locum citat Serapio. Sed interpretes pro Tubetienfi et Sinenfi musco habet p. 943. muscum regionis Tumbasi et Seni; et reliqua etiam mire corrumpit. Sed haec obiter. Nostra enim solum interest scire, an musci capreolus vere sit monoceros, quomodo scribit Symeon Sethi. Quod nos putamus esse falsissimum; quia constanter tradunt Arabes, hunc a reliquis capreolis in eo solum differre, quod duos dentes habet exertos, ut apri dentes, quos Plinius ficas appellat. Avicenna libro

المسك * الماهية * سرّة دابة كالطبي بعينه ،
 Muscus له نابان ابيضان معقنان الي الانسي كقرنين
 quid est? Est umbilicus animalis instar capreae, cui dentes albi duo sunt ad inte-
 riora reflexi, ut cornua. Masudius ubi supra, هذه غزلانا هذه
 وبين غزلان المسك في الصورة ولا في الشكل ولا
 اللون ولا القرن وانما تميز ذلك بانياب لها كانياب
 الغيلة لكل طبي نابان خارجان من الفكين
 قايمان منتصبان ابيضان نحو الشمر واقل واكثر

Capreoli musci ab his nostris nulla in re differunt, non forma, non specie, non co-
 lore, non cornu. Tantum eos dentes distinguunt, quos habent instar dentium ele-
 phanti. Nempe singulis capreolis duo sunt dentes ex maxillis prodeuntes, erecti,
 elati, albi, ad spitkamae mensuram plus minus. Damir, ويلتحق بهذا

النوع غزال المسك ولونه اسود ويشبه ما تقدم في
 القد وبقة القوايم وافراق الاظلاف غير ان لكل واحد منهم
 نابين ابيضين خارجين من فيه في فكة الاسفل
 قايمين في وجهه كنيابي الخنزير كل واحد منهما

Etiam ad hanc speciem pertinet musci capreolus, nigri coloris, ei,
 de quo jam actum, statura similis, et tenuitate crurum, et ungularum divisione.

Nisi quod unusquisque ex illis albos dentes duos habet, ex ore extortos, in inferiores
 maxilla, ad faciem ejus erectos ut apri dentes, singulos infra mensuram Διχα-
 dos. Διχὰς Arabice الفتر est intervallum inter pollicem et indicem extensor;
 ut σπιδάμη. Arabice الشبر spatium inter pollicis et auricularis extrema.

Latini dodrantem aut palmum majorem appellant. His adde Geographum, qui
 nona parte Climatis tertii regionem et urbem التبت Tibet describit,

P. 944. وبتحبال هذه المدينة دواب المسك وهي عنز برية. Et
 in regionis illius montibus animalia musci, quae sunt caprae sylvestres. Haec ille,
 ne γῆ quidem addens de cornu illo unico. Ut nec Mesue, nec Serapio, nec
 Elluchasem, nec Arabum quisquam alius, qui de musco scripserunt.

Haec ex Arabibus haftenus. Sed et Hebrasi de unicornibus animalibus
 nonnulla muginantur hic inferenda. David Psalmsi sexagesimi noni versu tri-
 gesimo primo profitetur, se Deum iis laudibus celebraturum, quae gratiores et
 acceptiores futurae sint מפרים מפרים מפרים, bove juvenco, cornuto, divi-
 sis ungibus: id est, bove non quovis, sed jam juvenco.

Qui

Qui cornu petat, et pedibus jam spargat arenam;

utpote cui cornua et ungulae jam coeperint invalescere. In quo statu victimas offerre moris erat, ut Deo placerent magis. Hanc *Davidis* mentem esse nemo non videt. Magistri tamen in re clara cespitant. Et hic agi volunt de bove, quem *Adamus* Deo obtulerit statim a creatione: ac proinde vocari שור, *bovem juvenem*. Et שור quidem, id est, *bovem*, nomine speciei, quo vocatur vitulus quo die natus est, *Levit. XXII, 27*. Et פר, id est, *juvenem*, respectu status, in quo Deus illum creaverat, nempe ea statura, et iis viribus, quibus pollet juvenis biennis, aut triennis. Addunt primo, מקרן, id est, *cornutum* dici; deinde מפריס, id est, *ungulis divisus valentem*: quia, quo momento creatus est, atque e terra, matre sua, tanquam e matrice, est editus primus ille bos, cornua emerferunt, prius quam pedes emergerent. Observant denique acuti homines, מקרן *cornutum* defective scribi pro מקרן: et ideo deesse Iod, quia bos ille fuit unicornis. *Kimchius* in hunc locum, ורץ אמרו משור שהקריב אדם הראשון ואמרו שור שהקריב אדם הראשון קרנותיו קרמין לסרסותיו. שנאמר מקרן ומפריס ואמרו עוד קרן אחת היה לו במצחו שמקרן כתיב בלא יד *Dixerunt patres nostri beatæ memoriæ, agi de bove, quem obtulit primus Adam. Nempe, ut ajunt, bovis, ab eo oblatus, cornua priora fuerunt ungulis. Unde est, quod cornutus dicitur ante, quam ungula divisus. Addunt, cornu in fronte unicum illi fuisse, ac proinde מקרן scribi sine Iod*. Horum ultimum, de quo nunc res est, sic habetur in *Talmudico tractatu De Sabbatho*, fol. 28. b. אמר ר' יהודה שור שהקריב אדם הראשון קרן אחת היתה לו במצחו ש' רש"יב ל' משור פ' מקרן ומפריס מקרן תרתי משמע אמר רב נחמן בר יצחק מקרן כתיב ולי פשוט מנה דמין בהמה הוא כיון דאיכא קרש דמין חיה הוא *Dixit R. Iuda, Bos, quem obtulit primus Adam, cornu unicum habuit in fronte; sicut dicitur Psal. LXIX, Gratus erit Domino, quam bos cornutus, etc. (Object.) Cum dicatur absolute מקרן cornutus, duo cornua significantur. Resp. Dixit R. Nachman, Isaaci filius, Defective scriptum est מקרן. (Object.) Inde videtur elici, fuisse speciem bestiarum domesticarum. Resp. Quin fuit קרש monoceros, id est, ferae speciei, quæ nonnisi unum habet cornu. Unde concludendum est, fuisse ferae speciem. Haec illi, quod ut eximium repetunt in tractatu *De Idololatria* capitis primi folio octavo a. et in tractatu *Cholin*, seu *De profanis*, capitis tertii fol. sexagesimo a. In quo ipso loco folio quinquagesimo nono b. מרור קרן אחת מרור. וקרש אע"פ שאין לו אלא קרן אחת מרור. *Et monoceros, licet nonnisi unicum cornu habeat, licitus est. Sed ibi capreis accensetur, non bobus.* Sequitur enim non multo post, אמר ר' יהודה קרש, *Dixit Rabbi Iuda, טביא דבי עילאי טיגריס איהו רבי עילאי est caprea sylvae Ilai, ut tigris est leo sylvae Ilai. Et ibi Glossa R. Selomonis, p. 945. Rabbini Galli, qui vixit ante annos fere sexcentos, קרש דין בלעו Monoceros* BOCHARTI *Hieroz. Tom. II.* Tt Gallice*

Gallice *dain*, id est, *dama*. *Aruch in Lexico* voce קרש docet, in sylva *Ilai* ferarum esse majoris staturae, ut *Anakaeor* inter homines. Itaque ex illius sententia קרש est *dama solito major, et unicornis in illa sylva degens*. De hac eadem fera rursus agitur in *Bava Bathra* fol. 6. b. ubi una *Iobi* filiarum vocari dicitur^{m)} קרן הפוך *cornu sibi*; קרש, שדומה לקרנא קרש, *quia similis fuit cornu*, seu *monocerotis*. Et in *Glossa* קרש dicitur esse כמו צבצב, מין חיה וקרניה משחירין. *feras speciem, cujus cornua denigrant instar nigrae tincturae*. Sic *Aeliani* libri decimi sexti capite vigesimo. *Monoceros habet cornu μέλαν τὴν χροῖαν, colore nigrum*. Et de *Phile*,

Μέλαν δὲ πᾶν ἐκείνο τῆς ἀκμῆς δ' ἔχει,

Illud autem totum nigrum est praeter cuspidem. Quod *Latinus* interpres in diversissimum sensum ita detorsit, *Ad usque florem quod juventutis nigrum est*. Ex his constat, ex *Hebraeorum* sententia monocerotem esse aut bovis, aut capreae speciem. Unde est, quod pro mundo habent, ut qui ruminet et fissam habeat ungulam. Neque obscurum est, cur קרש *karas* vocent. Est enim decurtata vox ex *Graeca* μονόκερος.

Sequitur, si *Hebraeis* credimus, alia unicornis species, ab his prorsus diversa; nempe תחש *tachas*, מעלם, aut taxum reddunt nostri interpretes: at *Hebraeis* תחש est animal unicomne, hodie ignotum, quodque nusquam comparuit, postquam *Moses* ejus pellibus tabernaculum obtexit. *Talmudici* tractatu *De Sabbatho* ubi supra, תחש שהיה בימי משה ברירה בפני עצמה היה ולא חכרעו בה, חכמים אם מין חיה הוא אם מין בהמה הוא וקרן אחת הייתה לו במצחו ולפי שעה נודמן לו למשה ועשה ממנו משכן ונגנו מדקאמר קרן אחת הייתה לו במצחו ש"ו טהור ביה *Tachas, qui fuit in diebus Moysi, creatura fuit peculiaris, de qua sapientes non deciderunt, sine ferae speciei, aut bestiae domesticae*. *Habuit autem in fronte cornu unicum*. Et eo tempore *Mosi* se obtulit, qui fecit ex eo tabernaculum. Deinde occultata est (et ex oculis sublata). At ex eo, quod unum in fronte cornu habuisse dicitur, colligere est, fuisse mundam. Quod obiter sufficit hic observasse. Alibi enim disquiremus, quid proprie sit תחש, et varias hujus vocis interpretationes inter se conferemus.

Quod pene omiseram, *David de Pomis, Medicus et Philosophus Hebraeus, Spoleti natus*, ut ipse jactitat, ex nobili התפוחים, seu *Pomariorum* familia, a *Tito Romam* translata, in *Lexici* titulo professus, se quaedam arcana de unicorni dicturum, in ipso *Lexico* hoc solum habet, Cornu unicornis multum pollere דבריות נגד סם המות ונגד קרחות דבריות *contra venena lethalia et febres pestilentes*,

m) *Iob. XLII. 14.*

lentes, ut ipse se expertum asserit, sed adulterari nonnunquam, et cervi cornu pro eo supponis. Proinde inquit, אני אחז לך סוד גדול לרעת טוב ורע חשים הקרן חזק כלי חשים גם עמו ב' או ג' עקרבים גדולים וחכדו באופן שלא יוכלו לטס ואחר ב' או ג' שעות חפחה איתו ואם חמצא העקרבים פגרים ממים הקרן יחזן חיים וזה דבר ברור ומנסה *Aperiam tibi grande arcanum, quo bonum a malo dignoscar. Pone cornu in medio vase, et cum eo duos aut tres magnos scorpiones: et vas ita occlude, ut aufugere non possint; et illud aperi post duas, aut tres horas: si scorpiones mortuos repereris, cornu erit vivificum. Quod conperitum et probatum est.*

Supereſt de *oryge* dicamus, quod unicornē fuiſſe animal docent veteres. *Plinius* libri undecimi capite quadrageſimo ſexto, *Unicornes biſulcum oryx*. Et multo ante *Philophus Hiſtorias* libri ſecundi capite primo, *Μονόκερρον δὲ, καὶ διχάλον, ὄρυξ*. *Unicornes autem, et biſulcum oryx*. Et libri tertii capite ſecundo, *Ἐστὶ δὲ καὶ μονόκερατα, ὅτε ὄρυξ, καὶ ὁ ἄνθρωπος καλέμενος ὄνος*. Sunt autem, *a unicornia, et oryx, et aſinus Indicus diſtus*. Deſinit *Hiſychius*. ζῷον τι τετραπύρον δοκῶν δι κατὰ τὴν χροίαν παραπλήσιον, animal quoddam quadrupes, capreae colore vicinum. *Plinius*, libri octavi capite quinquageſimo tertio, ponit in cenſu caprarum ſylveſtrium, quas ut doceat in plurimas ſimilitudines tranſfigurari, poſtquam capreas memoravit, et rupicapras, et ibices, Sunt, inquit, et *oryges*, ſoli quibusdam diſti contrario pilo veſtiri, et ad caput verſo. *Columella* tamen cervis videtur accenſere, cum libri decimi caput primum ita orditur: *Ferae pecudes, ut capreoli damaeque, nec minus orygun cervorumque genera*. In *Africae* deſertis, perpetua ſiti damnatis, mirabilis erat oryx ad remedia ſitientium. Namque *Getuli* latrones eo durabant auxilio, repertis in illius corpore ſaluberrimi liquoris veſicis ^{a)}. Ab *Aegyptiorum* horoſcopis magni fiebat ob ſideralem ſcientiam ^{b)}: nempe ut Caniculae ſternutamento ^{c)}, ita lunae et ſolis ortum clamore incondito ſignificabat ^{d)}, aut alvi dejectione. Qua ipſa de cauſa fuit hieroglyphon immunditiae ^{e)}: et ab *Aegyptiorum* ſacerdotibus ſolus oryx edebatur *ασφράγις* ^{f)}. Quod jam explicare ſit ſuperfluum poſt *Salmaſium* ^{g)} et alios ^{h)}. Indi regibus ſuis oryges offerebant pro donario ⁱ⁾. In *Ptolemaei* pompa apud *Athenacum* ^{j)} orygun bigae ſeptem erant. *Romae* in vivariis oryges fuiſſe colligo ex *Columella* ^{k)}: in coenis ex *Juvenali* ^{l)}: in Amphitheatris ex *Martiali* ^{m)}. Orygis cornu *Simi Aethiopes* pro armis in bello utebantur ⁿ⁾.

Tt 2

Graeci

- a) *Plin. lib. 10. cap. 73.* o) *Orus lib. 1. cap. 46.* p) *Aelian. lib. 7. cap. 8.*
Plin. lib. 2. cap. 40. Damasc. et Vita Iſid. in Phot. Plut. lib. De ſolert. anim.
q) *Ael. lib. 10. cap. 28.* Orus ubi ſupra. r, s) *Orus ibidem.* t) *Salmaſ. in Solin. pag. 229.* u) *Cauſſin. in Orum.* x) *Ael. lib. 13. cap. 25. et lib. 15. cap. 14.* y) *Athen. lib. 5.* z) *Colum. lib. 10. cap. 1.* a) *Juven. Sat. 11.*
b) *Martial. lib. 13. Epigr. 95.* c) *Agathang. cap. 26.*

Graeci ad pacis artes, ex eo cithararum cubita facientes ^{d)}, quas *phoenices*, id est, *punicas*, inde dictas putaverim: quia orygm cornua habebant ex *Africa* et *Getulia*, *Poenis* deferentibus ^{e)}. Sed et ex pelle orygis *cituras* ^{f)} fiebant, id est, minora *Maurorum* scuta, ut *Juvenalis Scholiastes* auctor est ^{g)}. Me paene fugerat *Heliodori* locus ^{h)}, quo *Perfina*, *Aethiopia* regina, in sacrificia et convivía adhibet βοῶν τε αἰγέλας, καὶ ἵππων, καὶ προβάτων, ἐρύγων τε, καὶ γρουπῶν, boum greges, et equorum, et ovium orygmique, et gryphorum. Ita legendum, non ὀρνύχων coturnicum. Quid enim sint coturnicum greges? Et quid illis cum bobus, equis, ovibus, etc. Ex his cum abunde constet, olim oryges notissimum fuisse animal, et in *Africa* maxime multi usus, mirum est, illorum hodie ne tenuissimum quidem superesse vestigium. Nisi quis orygm esse species putet unicornes illas capras, quas in monte *Carpatho*, *Bulgaria* et *Sagstana* descripsimus. Fallitur enim *Bellonius*, cui *Arabum* gazellae bicornes circa montem *Sina*, et alibi, sunt veterum oryges: cum *Arabice* gazel, vel الغزال gazal potius, nihil quidquam sit, quam capreae hinnulus. *Ibno-Saida* et *Damir*: الغزال ولد الطيبي الي ان يقوي ويطلع قرنا Algazal, capreae hinnulus, donec invaluerit, et cornua ejus creverint. *Alcamus*, الغزال الشان حتي يحترك ويمشي hinnulus robustior, jam ad motum et incessum aptus. Alii ibidem algazal vocari, asserunt من حين يولد الي ان يبلغ اشد الاحصار a tempore, quo natus natus est, usque dum fortiora habeat latera. Itaque pro *Dorcade* الغزال gazal, vel غزالة gazala habetur *Aët.* IX, 36. Et pulsus quaedam species, quae *Galeno* ⁱ⁾ est σφυγμὸς δοκαδίζων, ab *Avicenna* dicitur ^{k)} النبض الغزالي pulsus gazalizans, ut ita dicam. Et in *Nasrio*, scriptore *Onirocritico Oxonii MSS.* lib. 3. cap. 4. sect. 22. pro eodem sumuntur طيبي caprea, et غزال gazal.

P. 947. Ab aliorum oryge plane diversus videri possit *Oppiani* oryx libri secundi *Cynegeticōn* versu 445. *Hesychio* enim oryx est capreae concolor. At *Oppiano*

Τῷ δ' ἤτοι χροὴ μὲν αὖ τ' εἰαρινοῖο γάλακτος,
Μέναις ἀμφὶ πρόσωπα μελανομένησι παρῶσι

Hujus color est tanquam verni lactis, solis circa faciem nigricantibus genis. Secundo idem illi tribuit διπλὰ μετάφρενα geminum dorsum; quod orygi nemo alius.

d) *Herod.* lib. 4. e) *Plin.* lib. 10. cap. 73. f) *Juven.* Sat. 11. g) *Scholia* ibidem. h) *Lib.* 10. i) *Galen.* *Urag. puls.* k) *Avic.* pag. 63.

alius. Tertio, cum oryx *Plinio* capreae, et *Columellas* cervi sit *gens*, oryx *Oppiano* est animal tanti roboris, atque animi, ut tauri, urfi et leonis impetum sustinere audeat. Quarto, *Aristoteli* et *Plinio* oryx est unicornis, sed bicornis *Oppiano*, qui de cornibus orygis semper agit Plurali numero. Sic versu 450.

Ὅξαι κεράων δὲ μέγιστον ἀντέλθουσιν
 Αἰχμαί, πευκεδαναί, μελανόχρους εἶδος ἔχουσαι

Acutae autem cornuum in sublime surgunt cuspides, perniciosae, nigram speciem habentes. Et versu 468.

— — πῆξας τε παρὰ χθονὶ μικρὰ βέλεμα,

Et fixis in terram acerbis telis, id est, cornibus. Et versu 471. eum describens cornibus obvias feras impetentem,

Τεύχεσιν ὀξύτεροις δεδοκημένος ἔμπισσε θηρὶ,

Cum armis acutioribus tanquam ex insidiis in feram irruit. Et versu 481.

ῥῆα γὰρ ἐν τέρεσσι δολιδάουσιν ἀκοναί,

Facile enim in pectus penetrant cuspides, supple cornuum. Denique aliorum oryx cum sit capreae species, in *Iuvenalis Scholiaste* bubalo minor, quid ad *Oppiani* orygem? quem cum rhinocerote sic confert versu 551,

ῥινόκερος δ' ὄρυγος μὲν ἔφω δέμας αἰδυκτῆρος
 Οὐ πολλὸν μείζων, — — —

Rhinoceros autem impetuoso corpore non est oryge multo major. Tamen haec non faciunt, ut in animum inducam, aliud animal ab *Aristotele*, *Plinio* et aliis, aliud ab *Oppiano* orygis nomine describi, quod multi volunt. A colore enim ut ordiar, fieri potest, ut orygem alii, juxta *Hesychium*, dorcadum colorem habent, alii lacteum candorem. Quomodo etiam in dorcadum genere platycerotes aliquando totae albae sunt. Sed de colore dorcadum capite sequenti plura dicentur. Frustra enim objicitur dorsum geminum, cum aliud sint διπλὰ μετάφρενα in *Oppiani Graeco* textu, nempe dorfi partes inter humeros et lumbos, ita dictae, quod sitae sint μετά τὰς φρένας pone praeordia. Quae partes non in oryge solo, sed et in omnibus animantibus geminae sunt, spina illas interfecante. Unde etiam hominis μετάφρενα *Homerus* Plurali numero dixit. Quid, quod *Graece* διπλῆν, *Latine duplex*, passim pro lato sumitur? Sic *Spondylii* semen διπλῆν pro lato dixit *Dioscorides*. Et summo *Poetae*

— — duplici dentalia dorso

sunt dentalia lato dorso. Et,

— duplex agitur per lumbos spina —

id est, *lata prae pinguedine*, ut vult *Servius*. Quidni pari ratione διπλὰ orygis μετάφρενα dicantur, quae sunt πύονα δημῶ, *adipe pingua*, ut in eodem versu additur tanquam per ἐπεξήγησιν,

Διπλὰ δὲ οἱ μετόπιθε μετάφρενα πύονα δημῶ.

Robur in pugna quod attinet, etiam alii praeter *Oppianum* orygem nobis describunt ut animal pugnacissimum. *Martialis* libri decimi tertii *Epigrammate* 95.

Matutinarum non ultima praeda ferarum,

Saevus oryx, constat quot mihi morte canum?

Ad objectionem de cornibus responderi posset, *Oppianum* orygi cornua tribuere eadem *Numeri* enallage, qua versu 474.

— — κερύοντα μέτωπα,

cornatas frontes; quamvis illi frons sit unica. Id ex eo videatur posse colligi, quod cornuum aciem, quam reclinat ad pugnam, hastae, non furcae comparat. Sed, quod puto verius, non omnes oryges sunt unicornes. *Aelianus* enim in *India* non bicornes solum, sed et ὄνυχας τετρακύνους *oryges quadricornes* memorat libri decimi quinti capite decimo quarto. At plus videtur esse virum in eo, quod de statura objicitur. Si enim e caprearum genere est oryx, bubalo, vel caprea minor; quorsum ab *Oppiano* describitur rhinoceros, ut non multo major oryge? Quid statura caprae, vel capreae, faciat ad molem rhinocerotis, qui elephanto est prope par? Respondeo, de orygis magna mole tale quid etiam in *Herodoto* ¹⁾ legi: Μέγεθος δὲ τὸ θήριον τέτο κατὰ βῆν ἐστὶ. *Ad bovis magnitudinem hoc animal accedit.* Bove porro, vel tauro rhinoceros major non est juxta *Strabonem* libro decimo sexto. Quo pertinere crederim, quod in veteri *Iuvenalis* Scholiaste legitur, *Oryx, animal minus quam bubalus.* Fortasse enim *bubali* nomine non δορκάδιον cum *Graecis*, sed urum intelligit cum vulgo: neque vero bove, vel uro multo minus fuit animal, quod et jungebatur bigis; ut apud *Athenacum* ^{m)} testatur *Callixenus Rhodius*, et equi vices praestabat praescis *Aegypti* regibus, quos describit *Horus* ⁿ⁾ ἐπικαθίσαντας τέτῳ τῷ ζώῳ huic animali infidentes. Oryx quidem est e caprarum sylvestrium genere, sed ita, ut ad cervi naturam et staturam magis accedat. Itaque orygem cum cervis recenset *Columella* ^{o)}. Etiam apud *Plinium* ^{p)} cervi subulonis nomine orygem significari, multis contendit *Salmasius* ^{q)}, atque in hanc rem id citat ex veteri

1) *Lib. 4. cap. 192.* m) *Lib. 5. cap. 7.* n) *Hierogl. lib. 1. cap. 4.* o) *Lib. 10. cap. 1.* p) *Lib. 11. cap. 37.* q) *In Solin. pag. 222.*

veteri Glossario, *Subloner, ὄρυγες, ὄρηια*. Denique caprae natura et statura bovinæ proxima ne putentur αἰσῦσαι, notentur haec *Heliani* de capris *Liby-ai* libri decimi quãrti capite decimo sexto: Ἀγες ὄρυγας τὰς Λιβύων ἀγας ἐπισείβοντες εἰσι κατὰ τὴν βῆς τὸ μέγεθος ἰδεῖν. *Caprae ferae, summos Libum montes terentes, accedunt ad boum magnitudinem* (*). Sed de oryge plura in sequentibus.

CAP. XXVII.

Probatur, דאם reem, vel רים rem, non esse Monocerotem, ut volunt; nec urum, ut placet Bootio: sed bicornis Capreae speciem, aut Orygem.

Animal, de quo hic agitur, רים *rem* vocatur *Iob. XXXIX, 9. al. 12.* sed frequenter דאם *reem*, unde Plurale ראמים *reemim*, et defective רמים *remim*, *Psal. XXII, 22.* (*) Ex Scriptura colligere est primo, procerum esse animal, cum de *Israele* dicit *Balaam Num. XXIII, 22. et XXIV, 8.* כדועפער דאם לוי, *Tanquam altitudines reem ipsi sunt.* Graeci, Ὡς ὀρεῖα μονοκέρας αὐτῶ. Alii vires, aut robur hic intelligunt: ego altitudinem. Sic *Psal. XCV, 4.* ודועפער דאם רים, *Et altitudines montium ipsius sunt*, quomodo reddunt fere omnes: quia sensus ita postulat. Et *Iob. XXII, 25.* רכסך ודועפער לך *Et argentum, vel nummi altitudines erunt tibi*, id est, nummi tui in cumulos exsurgent. Alibi non reperitur. Radix יען est *fatigari*. Sed quia in adscensu montium fatigamur, potuit etiam in *ascendendi* notione usurpari: ut *Arabice* ينع per metathesim (**). Sic in *Alcamus et Giauhari* ينع الجبل *conscendit montem; ينع*

(4) Eum orygem, de quo *Oppianus* scribit libro secundo *Cynegeticōv*, idem esse animal cum caprea dicta *le chamois*, et a *Gefnero rupicapra*, contendit *Belin de Ballu* ad *Oppian. II, 450. p. 300.* Sed cf. not. 8. ad Cap. sequ. Ceteri autem veteres, qui de oryge scripserunt, tam incerte, tam jejune dixerunt, ut nihil aliud ex eorum verbis colligi possit, nisi quod illo nomine non unum comprehensum fuerit animal ex caprino vel antholopico genere.

(1) De quadruplici hujus vocis scriptio-
ne cf. *Michaelis Supplem. P. VI. p. 2212.*

(2) Eandem tamen significationis origi-
nem offert Arabicum وعى, cujus hanc
ex *Firuzabadio* interpretationem protulit
Schultensius ad *Iob. XXII, 25. pag. 623.*
وعى يعنى أسرع وعدا وسار
رعى سيرا متعبا *Verbum* رعى, cujus
Futurum رعى notat celeriter incessit; ca-
currit; et iuvit itionem lassantem.

ینوع *exclsa loca*, יאנען *alti montes*, مینعة *eminentia*, یناع *pro-*
serus, adultus, (ut viri sunt anno aetatis vigesimo) *Gen. XLIX, 26.* in *Arabica*
paraphrasi, Parisiis edita. Secundo, ראם *reem* describitur ut animal αλτικόν
 et πηδητικόν, cum de voce Dei dicitur *Psal. XXIX, 6. Facit, ut exsiliant cedri*
sicut vitulus, Libanus et Sirjon (id est, *Hermon*, Deut. III, 9.) כמו בן ראמים
ut filius (seu *hinnulus*) *reemim*. Tertio, hoc idem animal validum esse, et fe-
 rum, et indomitum, docet inprimis *Iobi* locus capitis trigesimi noni versu no-
 p. 950. no (*al. duodecimo*) et sequentibus; *An volet ראם reem servire tibi? An ad prae-*
sepe tuum pernoctabit? Num ligabis reem in sulco loro suo? an occabit vallis post
te? id est, glebas, quae sunt in sulcorum liris, ut volunt: quanquam vallium
 nomen hic proprie sumere nihil prohibeat. *Num fides ei, quia magnum est ro-*
bur ejus, et committes ei laborem tuum? Num credes ei, quod reddat semen tuum,
et in aream tuam congreget? id est, Quomodo boum opera ad terram arandam
 ita uteris, ut avari agricolae votis segetes respondeant, an confides fore, ut,
 opera tū *reem* eodem successu adhibita, sata tua feliciter proveniant, et demessa
 ac in aream comportata triturentur? Quarto, cornutum esse animal, et celsio
 cornu, aut celsis cornibus, maxime terribile, haec loca planum faciunt. *Psal.*
XCII, 11. Et attolles ראם reem, ut reem (ut cornu reem) cognu meum. Et *Deut.*
XXXIII, 17. de Iosepho, et ejus posteris, id est, de tribubus Ephraim et Manasse,
Primogeniti bovis decor est ei, וקרני ראם, et cornua reem, sunt cornua ejus,
quibus populos pariter feriet, ad terminos terras. Et *Psal. XXII, 22. Serva me*
ex ore leonis, et a cornibus ראם reemim, exaudies me. Proinde ut magnates
 vum juvenis et tauris, ita et cum ראם reemim conferuntur *Ez. XXXIV, 7. Et*
descendent reemim cum eis, et juveni cum tauris: id est, magnates et principes
Idumaeorum. His de *reem*, aut *reem* locis adduntur alia duo ex *Psalms*, sed
 perperam translata. Prius ex *Hieronymi* versione *Pf. XXXVII, 20. Inimici*
Domini, gloriantes ut monocerotes, consumentur. Pro quo reddendum, ut
adepti agnorum consumentur. *Hebraice* enim est ביקר כרים *cikar carim*; sed *Hie-*
ronymum puto legisse ביקר כרים *bijekar cerem*, id est, in gloria ut *reem*, seu
monoceros. Posterius est *Pf. LXXVIII, 69. Et aedificavit ut ראם ramim,* (id
 est, ut *exclsa*) *sanctuarium suum.* Aquila, ὑψηλός. *Symmachus, ὡς τὰ ὑψη-*
λά. *Syrus, دأى على*; et *Arabs Savarianus, على العلى super excelsa*:
Aethiops, ለአርዋዎ: in excelsa. Ita etiam *Hebraei* omnes, quos videre con-
 tigit; *Chaldaeus* tamen, דין קרנ דרימא, ut cornu tū *remana*, id est, tū *re-*
em; Seniores, ὡς μονοκέρωτος. *Vulgatus, sicut unicornium*; *Hieronymus, in*
similitudine monocerotis; *Arabs* alter مثل ذي القرن الواحد ut *uni-*
cornis; quia pro *ramim* legerunt *reemim*. Sed quoquo modo haec loca legas,
 nihil ex iis accedet ad descriptionem tū *reem*; quem ex praemissis probavimus
 animal

animal esse procerum, ad saltum habile, validum, ferum, indomitum, elatis cornibus terribile, et principum in Scriptura typum. Quodcunque igitur animal sit *reem*, vel *reem*, necesse est, ut ei conveniant omnes hae notae. Quibus observatis, peritus lector paratior erit ad sequentem disputationem, in qua varias hujus vocis interpretationes excutere atque inter se conferre nobis propositum est.

Prima eorum est, quibus *reem*, vel *reem*, animal est unicorne, sive intelligatur proprie dictus *monoceros*, sive *rhinoceros*. Pro *monocero* stant Seniores Interpretes: pro *rhinocero* *Aquila*. *Hieronymus*, inter utrosque ambiguus, modo *monocerotem*, aut *unicornem* reddit, modo *rhinocerotem*. Sed inter recentiores *rhinoceros* paucos habet sequaces. Utut enim haec *Kimchii* in *Lexico*, *חַרְמַל קָרְן אֶחָד* *Reem non habet nisi unum cornu*, et haec *Aquinatis*, *חַרְמַל קָרְן אֶחָד וְחֻקָּה מֵאֵר* *Feras species unico cornu, quae valde robusta est*: utut, inquam, haec tam ad *rhinocerotem*, quam ad *monocerotem* videantur posse referri, tamen hunc, non illum intelligi suadet, quod in eorum scriptis de *monocero* est multa mentio, ut jam ante docui, cum de *rhinocero*, quod sciam, ne *רַעַם* quidem scripserint. Praeterea *רַעַם* *Pomarius* diserte definit, *חַרְמַל קָרְן אֶחָד בְּמִצְחָהּ* *feram, quae non nisi unicum cornu in fronte habet*. Quod non convenit *rhinoceroti*, cujus cornu non est in fronte, sed in naribus. Et vulgari lingua *lioncorno* reddit, id est, *unicornem*. Et in *Arabica Saadiae* versione *reem* explicatur *كركدان* *car-* p. 951. *caddan*, id est, *monoceros*, Deut. XXXIII, 17. ut in *Savariana Psalmorum* editione *وحيد القرن*, et in *Aethiopica* *ἄμρ: φρζ:* id est, *unicornis*. Sed et Latini hoc aevo Scripturae interpretes, *Zvinglius*, *Bucerus*, *Oecolampadius*, *Stephanus*, *Munsterus*, *Felix Pratensis*, *Calvinus*, *Castalio*, *Pagninus*, *Arias*, *Marinus*, *Mercerus*, *Borrhaeus*, *Mollerus*, *Iunius*, *Tremellius*, *Osander*, *Piscator*, *Drusus*, *Schindlerus*, et e vernaculis, *Galli*, *Germani*, *Belgae*, *Itali*, *Hispani*, hoc idem sequuti sunt. Denique, si eos excipias, qui *Hieronymo* se prorsus addixerunt, recentiorum pauci admodum *rhinocerotem* in sacris libris admittunt. In his tamen *Oleaster*, *Steukus*, *Forerius*, *Mariana*, *Pagninus* quoque in *Iobo*, quamvis illi *רַעַם* *reem* alibi semper sit *unicornis*. An quia vir, *Hebraismi* peritior, quam naturae animalium, *rhinocerotem* credidit idem esse animal cum *monocero*? Quomodo *Isidorus*, qui utriusque historiam ita permiscet: *Rhinoceros*, inquit, a Graecis vocatus, Latine interpretatur *Innare-cornu*. Idem et *monoceros*, id est, *unicornis*: eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quatuor. Quod est absurdissimum. Neque enim in nare, et in media fronte, potest esse idem cornu. Sed de singulis jam seorsim.

Quisquis vel monocerotis, vel asini *Indici*, qui idem esse merito putatur, descriptiones apud *Ctesiam*, *Aelianum*, *Plinium* et alios legerit, facile conjiciet, eum *Septuaginta Seniores ON reem* voluerint esse *monocerotem*. Nempe *Graeci* veteres *monocerotis* eadem fere tribuunt, quae Scriptura τῷ *reem*. Primo enim, ut in τῷ *reem*, sic in asino *Indico*, vel *monocrote*, si mavis, insignis est proceritas. *Ctesias* in *Excerptis* apud *Photium*, Εἰσὶν ὄνοι ἄγριοι ἐν τοῖς Ἰνδοῖς, ἴσοι ἵπποις, καὶ μέζονες. *Sunt asini sylvestres in India, equis pares, aut etiam majores. Aelianus* libri quarti capite quinquagesimo secundo, Ὀνες ἄγριες ἐκ ἐλάττωνος ἵππων τὸ μέγεθος ἐν Ἰνδοῖς γενέσθαι πέπυσμα. *Feros asinos, equis magnitudine non inferiores, apud Indos nasci accepi.* Et de *monocrote* idem libri decimi sexti capite vigesimo, Λέγεται δὲ καὶ ζῶον ἐν τέτοις εἶναι μονόκερων, καὶ ἀπ' αὐτῶν ὀνομάζεσθαι καρκάζωνον, καὶ μέγεθος μὲν ἔχειν ἵππῃ τῷ τελείῳ. *Dicitur et in iis (Indiae animalibus) esse monocerotem, quem carcazonum vocant, eumque habere equi adulti magnitudinem.* Secundo, cum *ON reem* cornu unicum, idque celsum et elatum habere collegissent ex his *Davidis* Psalm. XCII, II. *Et attolles ut cornu reem cornu meum*, huc pertinere putaverunt, quae de asini *Indici*, aut *monocerotis*, unico in fronte cornu tradunt veteres. *Ctesias*, Κέρας δὲ ἔχουσι ἐν τῷ μετώπῳ ἐνὸς πήχεως τὸ μέγεθος. *Cornu habent in fronte cubitale. Aelianus*, Κέρας δὲ ἔχουσι ἐπὶ τῷ μετώπῳ (πέπυσμα) ὅσον πήχεως τὸ μέγεθος, καὶ ἡμίσεως προσέτι. *Cornu in fronte habere (audio) fere sesquicubitale. Plinius*, *Asperissimam feram monocerotem, etc. uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Solinus*, *Cornu e media ejus fronte protenditur, splendore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor*: fabula semper in majus aucta. Tertio, ut *ON rem*, a *Iobo* describitur ferus et indomitus: ita asinus *Indicus*. *Ctesias*, Ζῶντα γὰρ ἐκ ἅν λάβοις: *Aelianus*, Ζῶντα μὲν ἐν τέλειον ἐκ ἅν λάβοις. Et de *monocrote* idem, Τῶτον δὲ τέλειον ἀλῶνά ποτε εἰδὲς μέμνηται. *Plinius*, *Hanc feram vivam negant capi. Solinus*, *Vivus non venit in hominum potestatem, et interiri quidem potest, capi non potest. Isidorus*, *Tantae est fortitudinis, ut nulla venantium virtute capiatur. Quarto*, ut de *rem*, vel *reem* in *Iobo* dicitur, *Magnum est robur ejus*; et in *Mose*, *Cornua reem sunt cornua ejus, quibus populus feriet*; et in *Psalmio*, *A cornibus reemim exaudiet me*: sic asinus *Indicus*, vel *monoceros*, describitur ut animal pugnacissimum, et tam calce, quam dente et cornu venatoribus terribile. *Ctesias* de asinis apud *Photium*, Μάχονται δὲ καὶ κέρασι, καὶ λακτίσμασι, καὶ δῆγμασι, καὶ πολλὰς, καὶ ἵππους, καὶ ἄνδρας ἀπολλύουσιν. *Pugnant et cornibus, et calcibus, et moribus, ita, ut multos, cum equos, tum viros interimant. Addit Aelianus*, illis tantum esse virium, ut, quidquid percusserint, nihil obstat, sed omnia eis cedant et disferentur, aut, si fors tulerit, diffringantur et perdantur. *Equorum enim*, inquit, *latera in cursu suo sic dilacerant, ut viscera effundantur. Proinde*

de timent equites ad eos accedere: cum poena sit illis, quod accesserint, morte miserrima mulctari, tamque ipsi, quam equi pereant. Sed et calcibus graviter pugnant: et morsus eorum ita penetrant, ut, quidquid dente appetunt, avellant. Ut de monocerote *Phile*,

Ὁ μονόκερως δὲ θῆρ παρ' Ἰνδοῖς εὐρέθῃ,
Δεινὸς μὲν ὄδ' ἰδεῖν· εἰ δὲ λαῖξ' ἐπείσπῃσσι,
Βαρεὺς μάχης, εἰ δὲ κύψας ἐνδάκοι,
Μολὶς εὐφυῆς ἰατρικῆς χειρουργία
Πείσσει παρελθεῖν τὴν φθορὰν τῷ κινδύνῃ.

Monoceros apud Indos reperitur visu horrendus: et, si talis irruerit, gravis pugnator, aut si inclinatus momorderit, vix industria medicinae chirurgica liberabit a periculosa labe. Et paullo post ibidem describitur

— — τὸ μακρὸν, καὶ φθορᾶς πλήρες κέρασ,
Μᾶλλον δὲ τραχύ καὶ σιδηρεᾶς ῥίνης,
Οἷότερον αὐτὸ καὶ τεθηγμένον βέλους

longum et exitiosum cornu, lima ferrea asperius, et acuminato telo acutius. Ex vero hoc animal volunt, utut caetera terribilem, tamen cornu maxime timeri: *Asianus*, Ἐστὶ μὲν ἔν καὶ διὰ παντὸς τῷ σώματι ξωμαλέην· ἀλλὰ δὲ οἱ τῷ κέρατος ἀμαχὸς ἐστὶ. Toto quidem corpore validus est, sed invicti in cornu roboris. *Solinus*, Cornu, etc. ita acutum, ut, quidquid impetat, facile ictu perforetur. *Isidorus*, Cornu ita acutum et validum, ut, quidquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Haec afferenda putavimus in eorum gratiam, qui *ονορ* reem volunt esse monocerotem: ut eos lector sciat habuisse saltem in speciem rationes non contemnendas, quibus freti hanc sententiam amplecterentur. Quae tamen si suadeant, nobis quidem haudquaquam persuadent, iis de causis, quas jam dicturi sumus.

Harum prima haec esto, quod de *monocerote* quidquid veteres, aut recentiores tradunt, nobis est merito suspectum; cum *Posides* in *Sphingis*, et *Chimaeas*, et *Cerberi*, et *Lamiae*, et *Gorgonum*, et *Sirenium* descriptione multo magis sibi consent, quam in historia *monocerotis*, qui de eo scripserunt. Et *Plinius* quidem, *Solinus*, *Asianus* et *Phile* non ita multum disident a *Ctesia*, primo fabulae architecto: sed *Philostorgium* et *Nicephorum* ab his prorsus esse diversum, et ab utrisque *Arabes*, et sub hoc eodem nomine nobis aliud animal exhibere *Paulum Venetum* et *Vartomanum* rursus aliud, abunde supra *) docuimus. Quamvis *Graecos* cum *Arabibus*, aut cum utrisque recentiores conferre

nihil sit opus: cum secum ipsi palam dissideant fere quotquot monocerotem describendum susceperunt. Ita *Plinius* et *Solinus* eum dicunt caput habere cervi, corpus equi, et pedes elephantis. Quod non convenire nemo non videt. Nam ut cervi caput et equi corpus, alios pedes; ita elephantis pedes caput a cervino, et corpus ab equino diversum postulant. Sed ridiculum est inprimis, quod habet *Aelianus*: Ποδῶν δ' ἄριστα εἰληχέναι, καὶ εἶναι ὥκισον, καὶ τὰς μὲν πόδας ἀδιαφραγτάς τε, καὶ ἐμφερεῖς ἐλέφαντι συμπεφυκέναι. *Pedes optimos natum, et esse perniciosissimum, licet inarticulatos et elephantis similes habeat*: nam elephantis pedibus nihil ad cursum est ineptius: maxime ad cursum citatissimum, qualem huic animali tribuunt, de quo *Ctesias* apud *Photium*, Ταχύτατον δὲ ἐστὶ τὸ ζῶον τῆτο, ἔδεν δὲ, ἔτε ἵππος, ἔτε ἄλλο τι διωκόμενον καταλαμβά-
p. 953. νει· *Velocissimum autem est hoc animal, quod neque equus, neque ullum aliud persequendo affequitur*: et *Aelianus*, Διώκεν ἐκείνον τῆτο δὴ τὸ ποιητικόν, μεταδῶν τὰ ἀκίχητά ἐστι· *Fieri quidem potest, ut quis illum insequatur, -at ut affequatur est impossibile*: Praeterea, si caput habet cervi, caudam aprī, pedes elephantis, et reliquo corpore equo est similes, quorsum *asinus* dicitur, cum asini nihil habeat? Iam quid ineptius, quam quod omnes tanto consensu negant, vivam posse capi hanc feram? Quidni vero vel aperta vi, vel saltem dolo capiat? *Marte, vel arte*; quod ajunt? Quo privilegio hoc unum animal ab hominum imperio se subduxerit, quibus ab initio dixit creator, *Gen. I, 28. Replete terram, et eam subijcite: Dominamini in pisces maris, et in volucres coeli, et in omnes bestias, quae super terram gradiuntur*? Et statim a diluvio *Gen. IX, 2. Timor vestri terrorque vestri sit super cuncta terrae animalia*. Unde *David Psal. VII, 9. Omnia subiecisti pedibus ejus, greges, et armenta universa, et insuper agri bestias*. Et *Iacobus* capitis tertii versu septimo, *Omnis enim natura bestiarum, et volucrum, etc. domatur, et domita est a natura humana*. Itaque merum somnium est, aliquod esse animal, quod ex communi hac lege eximatur, et vivum in potestatem hominum nunquam incidat. Quod ipsi *Ethnici*, sola naturae luce et experientia edocti, passim agnoscunt. Ut *Euripides* apud *Plutarchum* in libro *Utra anim. Βραχύ τοι σθένος αἰνέρος· ἀλλὰ ποικίλις πρᾶπιδων δαμᾷ Φῦλα πόντε, χθονίων τ' ἐαυτὰ παιδεύματα*. *Parvum est hominis robur; sed mentis solertia sibi subjicit maris belluas, et terrestrium subtilem scientiam*: id est, quidquid in terrestribus feris est vasserimum. Et *Oppianus Halicarnensis* libri quinti fere initio,

— εἰ γάρ τι πέλα καθυπέρτερον ἀνδρῶν,
 Νόσφι Θεῶν· μένοισι δ' ὑπείζομεν ἀθανάτοισιν
 Ὅσους μὲν κατ' ὄρεσφι βίην ἀτρεστον ἔχοντας
 Θῆρας ὑπερφιάλεις βροτὸς ἐσβεσεν; ὅσα δὲ Φῦλα
 Οἰωνῶν, νεφελῇσι καὶ ἡέρι διναύοντα,

Εἰλε,

Εἶδε, χαίρει Ζηλὴν περ' ἔχον θέμει; ἔδ' ἄλυστα
 ῥύσκει ἀγνοεῖα δηρὸν ἔχον. ἔδ' ἐσάωσεν
 Αἰετὸν ἡμεῖς πτερύγων ῥόδοι. αἶψα καὶ Ἰνδὸν
 Θῆρα πελαγονόβωσον ὑπέρβιον ἄχθος ἀνάγκη,
 Κλινὰν ἐπιβρίσαντες, ὑπὸ ζεύγλῃσι δ' ἔθηκεν.
 Οὐρῶν ταλαεργὸν ἔχεν πόνον ἔλκυσσας.

*Non enim quidquam est hominibus superius, praeter Deos: et solis immortalibus cedimus. Quantas quidem in montibus vim imperterritam habentes feras extinxit homo? Quot autem fascula avium, quae in nubibus et aëre versantur, cepit, licet humile corpus habeat? Neque leonem liberavit fortitudo, quo minus subjiceretur. Neque aquilam servavit ventosus alarum motus. Sed et Indam belluam nigro corio vi flexerunt, vastum onus ei imponentes, et sub malorum jugis posuerunt, ut difficilem trahendi laborem sustineret. Itaque sicubi terrarum est monoceros, haud dubie vivus capitur quandoque, et homini servire cogitur. Et Iobi haec verba frustra citaveris, An volet **REM** servire tibi? quasi his docuerit, hoc animal ab hominum jugo prorsus eximi. Neque enim ibi agitur in genere de omni cultu, sed speciatim de cultu terrae, quod docet series sermonis; An τὸν **REM** sulco alligabis lord tuo? An vallis occabit post te? Itaque his verbis solum eximitur ab arandi necessitate, cui armenta obnoxia sunt. Sic in adagio Graeco, Ἐλευθερεῖ αἶγες ἀρότρων, Caprae ab aratris liberae, non tamen omnino liberae. Sed, ut jam dicamus, quod res est, quisquis de monocerote fabulam confinxit primus, necesse habuit hoc asserere, eum vivum non posse capi; quia vivus nunquam captus est. Addo etiam, neque mortuus: quia capi non potest, quod nusquam extat. Saltem id certum e Graecis, quorum imperium usque ad Indos propagatum est, neminem unquam hoc animal ἐξ αὐτοψίας descripsisse. Neque de eo quidquam memorasse leguntur historici celebres, qui in Alexandri comitatu vixerunt, et ejus res gestas scripserunt, Ptolemaeus Lagi p. 954, filius, Callisthenes, Onesicritus, Nicarchus, Archelaus, Stratius, et, quorum Indica passim citantur, Aristobulus et Clitarchus: et his pares, aut suppare, qui et ipsi de Alexandro scripserunt, Eumenes Cardianus, et Diodorus Erythraeus, et Megasthenes, qui sub Seleuco Nicator, apud Indorum reges degens, scripsit de rebus Indicis. Hoc quoque est certo certius, Romanum ex Hyrcania et India advectos fuisse tigres, et ex extremis Aethiopiae finibus rhinoceros et camelo-pardales: sed Romanorum esse neminem, qui unicornem vel per somnium se vidisse tradiderit. Arabes quoque multa quidem de monocerote scribunt, ut supra docuimus, sed tam vana et ridicula, ut illos appareat in meris palpare tenebris. Qualia ista sunt, Hoc nasci ex equi, vel ex ceti cum elephante coitu, et vivere annos septingentos; et in utero matris latere per septennium; et, antequam nascatur, cornu, dentibus robustaque ungula jam esse instructum; et*

per os maternae vulvae pullum caput exerere, ut pascatur ramis arborum; et colli contrario flexu caput habere ad pedes inclinatum; et in cornu dissecto hominum, avium et arborum figuras apparere, ab ipsa natura ad vivum in eo impressas; et monocerotem hoc cornu non solum elephantes transfigere, sed et in sublime attollere, ut olim

Pertica suspensor portabat longa maniplos;

et illorum unum centum circumquaque parasangas devastare ac in solitudinem redigere nec tela in eum quidquam posse, aut reliqua animalia quidquam audere; excepta tamen ave *ruch*, quae dirum animal unguibus tam facile fert in sublime, quam milvus pullum, aut alaudam accipiter. Haec febricitantium esse somnia quis non videt, quibus *Arabes* aperte produnt, de animali vel fabuloso, vel prorsus ignoto se haec scribere? Porro, si vel in *India*, vel in *Nubia*, sit monoceros, non debet ita esse ignotus *Arabibus*, qui cum *Indis* et *Aethiopibus*, abhinc multis saeculis, frequentia habuere commercia. Ut taceam, *Caliphas Arabum* ex *Abbasidarum* familia *Indiae* imperasse, ut ex *Elmacino*^{b)} constat. Et *Geographum Arabem* in ipsa *Nubia* esse natum, in qua tamen nullos describit monocerotes, sed in remotis *Indiae* insulis. Quid, quod nostra tempora, quibus omnes orbis anguli summo studio peragrati sunt, monocerotes nusquam noverunt? En tibi verba *Boetii*, qui de hoc ipso acriter disputat *Animadversio- num Sacrarum* libri tertii capite primo! Sane *Garcias* ab *Horto* pluribus annis, quibus in *India* vixit pro-regis medicus, multorumque de indigenis doctorum vi-
rorum ac regum quoque amicitia et familiaritate usus, quanquam diligentissimus hujusmodi rerum scrutator, non modo unicornem videre non potuit, sed neque certi quidquam de ipso addiscere: nisi quod nonnullos se convenisse scribit, qui in extre-
ma *Africae* ora, exortui hyberno obversa, animal quoddam unicornem se videri af-
firmarent. Sed, ut isti vera narraverint, nihil tamen hoc ad decantatum illum monocerotem, cum quo ex ipsorum notis parum omnino commune habet hoc ani-
mal, utpote et amphibium, et cornu praeditum duos tantum palmos longo. Et civis meus *Iohannes Hugonis Linfchotius*, et ipse quoque rerum naturalium vesti-
gator diligentissimus, atque integros duodecim annos commoratus in urbe *Goa* in-
ter *Indiae* celeberrimas, et quo undique comportatur quidquid in illis terris rari
est, aut cari, nullum ibi vel *avrovis*, vel certa fama, unicornem unquam acce-
pit: ac proinde eum pro mero figmento habet. Nempe *Itinerarii* sui capite qua-
dragesimo septimo, ubi *rhinocerotem* ait a multis pro monocerote haberi, cum
nullus adhuc alius monoceros inventus sit, aut cognitus, nisi rumore et pictu-
ris. Itaque in *Indiam* aut *Nubiam* se conferentibus, spe videndi monocerotes,
idem

^{b)} *Hist. Saracen. lib. 2. cap. 2. pag. 20.*

idem evenit, quod *Luciano*; qui, de populis electriferis ad *Padi* ripas inquirens, risum debuit locorum incolis.

Frustra objicias, duas unicornes in aede *Mecchana* visas a *Vartomano*, cui, p. 915. tanquam viro optimo, fidem haberi jubet *Scaliger* in *Cardamum Exercitatione* ducentesima quinta. Neque enim hae fuerunt veterum monocerotes solidungulae, aut pedibus ἀδιαφθώτους, quales asini, et equi, aut elephantes habent; sed bifidae caprarum, aut cervorum modo, quod ille diserte asserit. *Tibiar*, inquit, *habet tenues id animal, eademque graciles admodum hinnuli modo. Ungulas anteriorum pedum bifidas habet, caprinos pedes ferme referentes.* Quod maxime notandum. Nam inde apparet, orygem a *Vartomano* describi, non verum monocerotem (3).

Sed neque ad rem faciunt illa cornua, quae in *S. Dionysii Fano Windsorae* in *Anglia*, *Ultrajecti* in *Belgio*, etc. pro monocerotum cornibus asservantur. Neque enim haec sunt quadrupedis cornua, sed ceti dentes. Quod primus aperuit *Bellonius*, et post illum multi confirmarunt. Sed omnium uberrime scriptor ἀνώνυμος, qui anno 1647. insignem *De Gronlandia* tractatum lingua vernacula edidit, Vir ἀξιοπύκνους, si se continuisset intra illos fines, nec decertasset in arena non sua, edito de rebus *Theologicis* tractatu, cum ad illa sacra sit prorsus ἀμύητος. Quod, ut caetera taceam, vel solus libri titulus aperte evincit, in quo *De Prae-Adamitis* scribendum sibi proponit: cum *Moses* diserte neget, ullos fuisse *Prae-Adamitas* Gen. II, 5. etc. *Homo*, inquit, *non erat, qui operaretur terram*, etc. *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae*, etc. id est, *Adamum*, ut plane constat ex sequentibus, et ipse ultro agnoscit. Verum enim vero haec sunt alterius loci, nec strictim attingenda, sed accurate examinanda, quod fortasse a nobis fiet, si Deus vitam indulerit. Interim illum ipsum de *Gronlandia* ingenue agnosco, multa me docuisse, quae scitu sunt dignissima: et in his, monocerotum scilicet cornua, quam alibi rara sunt, tam communia esse in regno *Danias*, quo ex *Gronlandia* et *Islandia* deferantur. Ibi enim inter varia monstra maris cetus quidam est *narhual* nomine, quasi νεγκηῶντον, aut πτωματοκῆτον dixeris. Ita *Islandi* nominant, quia creditur vesci cadaveribus. Ex hujus porro ceti maxilla superiore dens a sinistra parte prominet, longus aliquot pedes, durus, ita rotundus, ut in conum desinat, superficie in spiras contorta, colore plerumque albo, sed quandoque subfusco; denique cornua, quae dixi, tam exacte referens, ut ovum ovo sit similis. Id se scriptor Anonymus didicisse profitetur a domino *Vormio*, qui ceti illius cranium ipsi exhibuerit.

(3) Cf. supra not. 2. ad Cap. XXVI.

hibuerit cum affixo dentis fragmento, quatuor pedes longo. Et de hoc eodem dente multa habet a pagina sexagesima secunda usque ad paginam nonagesimam quartam, quae legisse non poenitebit. Solum sufficiet addere, quidquid ille scribit ea de re, a viris praestantissimis et fide dignissimis; illo ipso *Vormio* et utroque *Bartholino*, mihi, per *Daniam* iter facienti, plene fuisse confirmatum, ostensam quoque portionem dentis similis, maxillae adhuc iuxtae. Sed et, quod a nemine miror observatum haecenus, in urbe *Holmia*, *Sueciae* metropoli, in regio *κεμνηλαρχίω*, cujus me ibi degente custos erat vir doctissimus mihiq̄ amicissimus Dominus *du Fresne*, habetur cranium integrum ceti, quod descriptissimus, non omnino bipedale, cum dente etiam integro, quatuor pedes cum palmo extra maxillam prominente, ambitu in summa parte quinque pollicum, colore eburneo, multis *σπειρηδόν* lineis superficiem ambientibus. Hoc mecum multoties videre nobilissimi juvenes, quos hujus itineris comites habui.

P. 957. Ex his, quae haecenus disputata sunt, cum aequo lectori constet, satis esse, cur merito dubitemus, an vere extet monoceros, hoc est, unicomne animal, quale sub hoc nomine describitur a veteribus: dato tamen, non concessio, in aliquo *Indiae*, aut extremae *Nubiae* angulo, versus *Nili* fluvii fontes, latere monocerotem: saltem nemo est, qui non agnoscat, id non potuisse *Iudaeis* esse compertum ante *Solomonis* tempora, qui *Tyriorum* ope primus, instructa classe in mari *Rubro*, *Indiam* attentavit, et *Africae* remotiora. Qui factum igitur, ut non solum *David*, qui pater fuit *Solomonis*, sed et, pluribus ante *Davidem* saeculis, *Iob*, et *Balaam*, et *Moses* τῷ *reem* meminerint, si *reem* est *monoceros*? Praeterea, etsi *Saadias*, *Kimchio*, *Pomario*, *Aquinati* et *Iudasorum* aliis recentis aevi דָּם *reem* sit *monoceros*, tamen in *Prophetarum* et veterum *Hebraeorum* scriptis aliud significasse ex eo constat, quod duo cornua diserte tribuuntur τῷ *reem*. Sic *Deut. XXXIII, 17*. de *Iosepho* Duali numero dicitur וקרני ראם קרניו, *Et duo cornua reem sunt duo cornua ejus*. Neque dicendum, Duale hic pro Singulari sumi per Numeri enallagen. Sequitur enim, *His* (supple *duobus cornibus*) *populos pariter feriet ad fines terrae: haec autem sunt myriades Ephraim, et chiliades Manasse*. Vides, Lector, non solum τῷ *reem* tribui duo cornua, sed et cum his duobus cornibus conferri duas tribus, nempe *Ephraim* et *Manasse*, quae *Iosephum* pro patre habebant. Ut necesse sit, duo cornua praecise intelligi, neque ulla hic esse possit enallage Numeri. Similis est *David* locus *Psal. XXII, 22*. ומקרני ראם עניונו *Et e cornibus ראם reemim me audivisti*. Nam et eo loco *cornua* Duali numero nominantur. Neque obstat, quod alibi singulari numero dicit idem propheta, *Et exaltabis ut cornu reem cornu meum*. Neque enim ibi legitur *cornu reem*, sed subintelligitur. *David* enim simpliciter dixit, *Exaltabis cornu meum, ut τῷ reem*, supple *cornu*, vel *cornua*.

cornua. Utrumque enim potest suppleri. Et vero Duale hic suppleant *Hebraei* vetustiores. Sic ad hunc locum *R. Eliezer* capitulo decimo nono, *Extolletur cornu meum ut tū reem.* Quid tū reem? *Altiora sunt cornua ejus, quam bestiae cujuscumque, et ferit cornu tam sinistro, quam dextro.* Et in tractatu *Talmudico Zebachim* (cap. 14. fol. 113. b.) ubi disputant, quid diluvii tempore factum sit de fabuloso *reem*, qui, cum montis instar esset, non potuit in arcam ingredi, *קרני קשר בחיבה, cornua ejus (Noë) alligavit arcae.* Et in margine *Glossa* diserte, *רמשי קרני קשרו לחיבה, Et duobus cornibus suis alligavit eum ad arcam.* Itaque ex sententia veterum *Hebraeorum*, bicornis fuit *רעם reem*. Unde est, quod *Talmudici*, cum de monocerote agunt, agunt autem in locis plusculis, non appellant *רעם reem*, sed *קרא karas*, nomine decurtato, ut diximus, ex *Græc.* *μονόκερος*. Sic *Arabice* monoceros *كركند* *carcand* vocatur, aut *كركد* *carcaddan*. Sed *קרני* illis aliud est animal, idem quod *Hebraeis* *רעם reem*, vel *רעם reem*.

Argumenta, quae diximus, etiam *rhinocerotem* e Scriptura eliminant: quamvis enim rhinoceros sit verum animal, tamen veteribus *Judaeis* ita fuit ignotum, ut eos non putem uspiam rhinocerotis meminisse. Quin, quod mirare magis, *Arabes* etiam in animalium historiis de rhinocerote alium silent. Nisi, quod in monocerotis descriptione nonnulla inferciunt, quae sumta fuisse patet ex historia rhinocerotis. Puta in elephantem immane odium, et quod ex *India* et interiore *Aethiopia* volunt advehi. Utrobique enim nascitur rhinoceros: in *India* circa *Bengalam*, *Cambajam* et *Patanen*, olim *Perimudam* dictam; et in *Aethiopiae Raptis*, et circa *Raptum Promontorium*. De quo *Arrianus* in *Periplus*. *Εκφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλεφας πλείστος, ὅσον δὲ τὸ Ἀδελτικόν, καὶ ῥινόκερος.* Rhinoceros igitur jure merito *Pausanias Aethiopicos boves* appellat: *boves* a mole corporis; et *Aethiopicos* ab origine. Neque causa fuit, cur vir doctus eo nomine dicam illi scriberet. Neque probo, quod idem, invicta duo argumenta professus se in eos allaturum, quibus *reem* est *rhinoceros*, horum unum ex eo sumit, quod rhinoceros, utut difficulter dometur, *domituram tamen*, inquit, *haud in totum respuit*. Et si enim ex *Iobo* constet, *τὸν reem* non facile domari, nec ad agriculationem ulla ratione posse inflecti, non tamen inde sequitur, quod vult vir doctus, eum esse prorsus *indomabilem et incircurabilem*, quae illius verba sunt. Sed alterum argumentum, a brevitate cornu sumtum, omnino valet. Neque enim rhinoceroti conveniunt haec *Davidis*, *Exaltabis cornu meum ut tū reem*, supple *cornua*, vel *cornua*. His quippe verbis apparet agi de fera, *שקרני נברות מאד, cujus cornua sunt valde celsa*, ut notavit *Aben Ezra*. At contra depressissimum est, tam situs ratione, quam mollis, cornu rhinocerotis, cui

— — ὀλίγον ὑπὲρ ἀνθρώπου
— Ἀντέδωκε κέρατα,

ut ex *Oppiano* jam didicimus. Itaque hoc habemus haecenus, τὸν *reem* neque *monocerotem*, neque *rhinocerotem* esse (*). Sed quale tandem sit animal, vel ex Scriptura, vel aliunde exsculpere, hoc opus, hic labor est.

Et *Boetius* quidem ex Scripturae locis, inter se collatis et accurate perpen-
sis, probare conatus est, *reem* esse speciem bovis feri, eumque *urum*. Et pro-
bationem sic instituit. In multis Scripturae locis bos et *reem* simul junguntur
p. 959. ut cognata animalia. Sic *Psal. XXIX, 6. Subfultare fecit eos sicut vitulum*, Li-
banum et Sirjonem, *velut pulchrum reemim. Deut. XXXIII, 17. Decorem habet,*
qualem bovis primogenitus, et cornua, qualia reem. Es. XXXIV, 7. Dejicien-
tur cum ipsis reemim, et boves una cum tauris. Sed, quod ad rem maxime fa-
cit, *David Psalmo vigesimo secundo* queritur, insensibilissimos hostes undique sibi
imminere, idque sub taurorum, leonum et canum allegoria; *Circumvallaverunt*
me, inquit, *boves praegraves; tauri Basan cinxerunt me. Os in me diduxe-*
rant leones rapaces et rugientes: circumvallaverunt me canes, etc. Haec versibus
decimo tertio; decimo quarto, et decimo septimo. Postea idem Deum oratis,
ut ab illorum hostium furore se liberet, hanc ipsam allegoriam sic continuat
versibus vigesimo vigesimo primo et vigesimo secundo: *Libera a gladio animam*
meam, et a canibus unitam meam: saluum me fac de ore leonum, de cornibus re-
emim exaudi me, id est, *exaudiens erue me*. Quae cum praecedenti querela se
conferas, *reemim* hic dici reperies, qui prius dicti fuerant boves praegraves
et tauri *Basan*. Inde igitur colligit, *reem* bovis esse aliquod genus, sed quem
ferum,

(4) Michaelis tamen (in *Supplem.*
p. VI. p. 225. seq.), licet ipsi haec videat-
ur sententia verisimillima, דָּמָי modo *ga-*
zellam significare, modo *bubalum ferum*,
nihilominus esse putat, quae pro *rhinocerate*
dici possint. Sed quae ipse in medium pro-
tulit, nullius, aut exigui sane sunt momenti.
Nituntur enim opinione hac, quae nihil
potest esse incertius, Iobi librum, in quo
דָּמָי tanquam fera maxime indomita de-
scribitur, compositum esse a Mose, unde
facile fieri potuisse concludit, ut vir, in
Africa natus educatusque, inter stupenda
Dei opera mentionem fecerit *rhinocerotis*:
in intimis Africae penetralibus latentis; cu-

jus nomen barbarum forsitan fuerit דָּמָי,
quo ab Africana quadam gente insignitus
esset, ex Africa australi in Aegyptum et ad
Israelitas cum ipsa bellua sit delatum. Siq-
ergo esse distinguendum, *Reem*, vocabulum
Hebraicum Arabicumque, *gazellam*, et
vocabulum barbarum Africanumque, bel-
luam indomitam, *rhinocerot m*, significans.
In loco autem *Deut. XXXIII, 17*, ubi *cor-*
num דָּמָי mentio fit, cogitandum esse
de *rhinocerate bicorni*. — Quae omnia
quam infirmo nitantur fundamento, et
quam arbitrario sint adsumta, quisque, pu-
to, sponte intelliget.

serum, et cornibus insignem, et metueandum esse probent, cum loca jam citata ex *Dent. XXXIII.* et *Psal. XXII.* tum maxime quod habetur *Pf. XCII, u. Extulisti cornu meum tanquam rē reem*, id est, dedisti mihi cornua ingentia et praevalida, qualia sunt cornua *reem*. Itaque *reem* non est veterum *bonafus* (hodie *bubalus*) quia cornua habet in se reflexa, et ad pugnam inutilia, ut notatum est a *Philosopho*: sed vel *bison*, vel *urus*. Potius tamen *urus*: biontem enim, utut asperissimam et ferocissimam belluam, arte humana ita mitescere posse, ut feritatem tandem deponat, docet *Pausanias* in *Phocicis*. At de uris diserte ait *Caesar* libro sexto, *assuescere eos ad homines, et mansuescere, ne parvulos quidem exceptos, posse, quare foveis capti interficiuntur*. Caetera quoque conveniunt. *Is enim*, ut ibi habetur, *sunt magnitudinis paullo infra elephantas, specie, et colore, et figura tauri: magna vis est eorum et magna velocitas: neque homini, neque ferae, quam conspexerunt, parcat*. Item, *Amplitudo cornuum, et figura, et species multum a nostrorum cornibus differt*. Quibus similia in *Plinio* et *Solino* legas. His rationibus fretus vir doctus ita concludit, *Dubitandum igitur non est, quin reem fuit uri*.

At ego, licet viri illius doctrinam et ingenium suspiciam, tamen graves habeo causas ab eo hac in parte dissentientem. Primo enim video, in illum, posse id retorqueri, quod eis recte objicit, quibus *reem* est monoceros: *Non esse veris simile, voluisse Moysen, Davidem aliorque prophetas toties verba facere, ac similitudines desumere, ipsumque Deum ad Iobum tantum sermonis insumere de animali incognito in istis terris*. Utut enim, quae de uro traduntur, veriora et certiora sint, tamen ejus nomen multo est recentius, et fama longe obscurior, quam fuit monocerotis. De monocerote scripserat *Ctesias* aetate *Artaxerxis Mnemonis*, annis ante *Christum* natum circiter quadringentis. Et fabulam, ex illo haustam, *Graeci, Romani, Hebraei, Syri, Arabes, Aethiopes et Persae* certatim exscripserant atque in majus auxerant. At urum in intimis *Hercyniae* sylvae saltibus delitescentem *Romanorum* nemo noverat ante *Caesarem*. Post quem pauci meminerunt. Et in veterum *Graecorum* scriptis altum de eo silentium. Hinc *Plinius* libri vigesimi octavi capite decimo, *Nec uros, aut bisontes habuerunt Graeci in experimentis*. Et veteris *Glossarii* auctor necesse habuit hanc vocem per periphrasin reddere; *Urus βῶς τετρακύνος*. Proinde cum *βῶς ἕξ* bovis uri nomen usurpasset *Gracius Epigrammatarius*, posterius non intellexerunt; atque ita corruptum exhibet *Suidas*,

— — — καὶ βῶς ἕξ
Ἰσκητὸν χρυσῷ παμφανόοντι κέρας.

Quod explicant, *Et bovis custodem ornatum auro splendidissimo cornu: cum scribendum esse βῶς ἕξ, etc. κέρας, bovis uri cornu, jam alii monuerint. Quam*

quidem objectionem vir doctus ut diluat, multa movet, sed nihil promovet. Agnoscit, neminem extare, qui scribat, Syriam ac Palaestinam boves feros producere. Atque id quidem vere. Proinde Saadiam, cui מריא apud Prophetas est bubalus, aut bos feras, vulgari similis, sed major, *Aben Ezra* in *Amos V*, 22. hac ratione refellit, quod מריא במקומות אלה, in locis illis bos feras nullus est, id est, in *Iudaea* et vicinis regionibus. At (inquit vir doctus) hoc impedire non debet, quo minus olim atque priscis Israelitarum temporibus eos ibi fuisse credamus. Quorsum vero id credamus, nullo fundamento subnixa, cum horum, non jam dico in *Iudaea*, sed in nullo mitiori climate vola nec vestigium appareat, nec apparuerit unquam. Ita harrolari si licet, quorsum is objecit supra, affirmari ab iis, qui de monocerote scripserunt, eum in *India* sola reperiri? Poterat enim reponi pari facilitate, Si *Ctesias* aetate et deinceps monocerotes in sola *India* fuerunt; quidni in *Iudaea*, aut *Syria* fuisse credamus priscis Israelitarum temporibus, quibus scripsere *Iob*, *Moses* et *David*, *Ctesia* longe vetustiores? Ibidem multa congerit, ut probet, non in *Germania* solum et vicinis locis, sed et in *India*, et *Arachotis*, et *Troglodytica* regione uros olim fuisse repositos. Sed, quod illius pace dixerō, haec probanda frustra suscepit, cum ad hanc rem nihil faciant. An sequitur, *Iudaeis* uros fuisse notos, si in *India*, aut *Arachotis* fuere? Propior quidem erat *Troglodytica*, sed tamen ante *Solomonem* illis non multum nota. Tamen horum nil quidquam probat. *Oriens*, inquit, eo progignere solebat, scribente *Plinio*, bove fero, uris atque bisontibus refertas fuisse *Indiae* sylvas. *Plinii* verba sunt ubi supra, Nec uros, aut bisontes habuerunt *Graeci* in experimentis, quanquam bove fero refertis *Indiae* sylvis. Quibus verbis bove fero refertas fuisse, asserit *Indiae* sylvas, non tamen uris, aut bisontibus, nisi a genere ad speciem valeat argumentatio; Equus est animal, ergo est homo. Addit, *Aristotelem* *Plinio* subscribere (quasi *Plinius* prior scripserit), cum tradit, *Arachotas* alere boves sylvestres, non quidem bubalos (impediunt enim cornua ἐκπυπτιάζοντα), sed uros et bisontes. Sed et apud *Philosophum* *Historiae* libri secundum capite primo, *Arachosii* illi boves sunt ἐκπυπτιόζοντες rictu aliquantum adunco; quod de uris et bisontibus nemo observat. Et hoc ipsum, quod cornua habent ἐκπυπτιόζοντα, id est, in dorsum resupinata, docet, non esse uros, quos cornibus, in anteriora protensis, pingunt, arborem impetentes, post quam venator latet. Hinc *Solinus*, *Isis*, quos uros dicimus, taurina cornua in tantum modum protenduntur, etc. Et *Gesnerus* pagina 145. Cornibus, arbori insertis (fera), vindictae avida inhaeret, donec insequentium telis saucia concidat. Quipote, si cornua habet in tergum resupinata? Pergit *Bootius*, sed et *Troglodyticam* regionem uros habuisse, colligo ex istis *Diodori* libro tertio, Ἡ πρὸς τὴν μεσόγειαν ἀνατείνουσα, πλήρης ἐστὶν ἐλεφάντων, καὶ ταύρων ἀγρίων, etc. Qua intus recedit, plena est elephantis et tauris sylvestribus, ubi sub tauris sylvestribus, uti aliae eorum

rum species fortassis una comprehendendae, ita uri, non dubito, quin intelligendae sint. Cur vero non dubitas?

Dic aliquem, foder, dic, Quintiliane, colorem.

De aliis ταύρων ἀγρίων speciebus dubitas. *Fortasse, inquis, etiam alias, etc.* At de uris nullus dubitas; quia e re tua est, ut id pro certo habeatur. Interim fateare necesse est, nihil esse in *Diodoro*, unde appareat, per tauros sylvestres uros intelligi potius, quam quamlibet aliam tauri sylvestris speciem. Quin diversum ab uris genus ianui, suadet climatum diversitas. Cum enim *Hercynia* sylva, in qua procreantur uri, paene sit ad extremum septentrionem, *Troglody-* p. 961. *tas*, ubi hi tauri, inter *Tropicos* sedem habent fervidissimam. Sed, ne conjectandi sit locus, jam ex aliis discere, qui sunt tauri *Troglodytici*. *Strabo* libro decimo sexto, ubi de *Troglodytarum* feris ex *Artemidoro*, Ταῦροι δ' εἰσὶν ἄγριοι, καὶ σαρκοφάγοι, μὲν γὰρ ποτὶ τοῖς παρ' ἡμῶν ὑπερβεβλημένοι, καὶ ταχέως, πρὸς τὴν χροάν. Tauri sunt sylvestres et carne vescentes, nostros magnitudinis et celeritate longe superantes, colore rufi. Itaque uri non sunt, quos ne tu quidem σαρκοφάγος esse dixeris. Sed, ut res sit certior, *Agatharchidem* audi, hos ipsos tauros multo uberius describentem, libri quinti capite trigesimo nono: *Qm̄ium*, inquit, *quae dicta sunt, maxime ferum et indomitum est taurorum carnivorum genus. Quod magnitudinis quidem domesticos superat, et celeritate praestat, et eximie rufum est. Os ad aures usque diductum est. Oculi glauco colore plus rutilant, quam in leone. Cornua alias ut aures movent, sed in pugna firmiter sistit. Pitorum seriem inversam habet, contra quam reliqua animalia. Sequitur, illum aggredi et venari bestias validissimas, et gregibus maxime esse infestum. Neque aperto Marte subigi, quia lancea et telis non est vulnerabilis: sed in fossam si incidat, aut sinu dolo capiatur, praes animi ferocia cito suffocari. Proinde a Troglodytis illi tribui leonis fortitudinem, equi pernicitatem, tauri robur et vim ferro cedere nesciam. Eadem in *Aeliano* reperire est, verbis nonnihil mutatis, libri decimi septimi capite quadragesimo quinto. Sed et praeterea haec transcripsit *Plinius* libri octavi capite vigesimo primo. *Solinus* quoque, quamvis hos boves ex *Aethiopia* in *Indiam* transferat perperam: quae cum uri descriptione quisquis conferet, videbit, illum ab his tauris differre *dis discere* παρ' ἡμῶν. Itaque non constat hactenus, uros alibi fuisse, quam in *Hercynia* sylva, aut locis parum remotis. Unde *Mosis* aevo *Iudaeis* innotuisse nemo sibi persuaserit. *Mosem* igitur, *Iobum* et *Balaamum* voce *דבר* *reem* necesse est aliud significasse.*

Præterea cum *Bootius* urum bisonti ea solum de causa praeferat, quod, cum bisontis arte humana cicuretur, et feritatem exuat, uros mansuescere nesciat, et indomitae sit feritatis: hoc saltem debuerat certa probatione niti. Atqui

sunt. Silius Italicus libri decimi tertii versu 115. de fabulosa Capuae cerva, quam mille annis vixisse fingit:

*Cerva fuit raro terris spectata colore,
Quae candore nives, candore anteciret olores.*

Nam color ille etiam in cervis quandoque est observatus, quanquam raro admodum. *Philosophus* in libro *De coloribus*, Καὶ λευκὸς δὴ ποτε πέφνηκε καὶ ἔλαφος, καὶ ἄρκτος. *Etiam albus quandoque visus est et cervus, et ursus.* Contra *Latinus* interpret, *Aliquando etiam niger visus est cervus et ursus*; quasi legerit μέλας. Sed vera et necessaria est lectio, quam nostri codices exhibent. Nam ibi pluribus disputat *Philosophus*, qua de causa pili animalium albescant, aut canescant. Et ex eo *Plinius*, ubi de cervis, libri octavi capite trigesimo secundo: *Fiunt aliquando et candido colore.* Quod quamvis raro contingat, non tamen est sine exemplo. Cervam enim *Sertorii* candidam fuisse scribunt veteres magno consensu. *Gellius* libri decimi quinti capite vigesimo secundo, *Cerva alba eximia pulchritudinis et vivacissimae celeritatis, a Lusitano ei quodam dono data est.* *Plutarchus* in *Sertorio Spanum* vocat illum hominem, et eum novitate coloris obstupuisse narrat, quia tota erat alba: *Ἐκπλαγείας (Ἐπάνους) τῇ καίνότητι τῆς χροῆας, λευκὴ γάρ ἦν πᾶσα.* *Polyaenus* quoque libro octavo, *Σερτωρίους ἐν Ἰβηρίᾳ νεβρόν ἔλαφός λευκὴς παρὰ νυγνῶν δάγον λαβάν.* Cum in Hispania *Sertorius* cervae candidae hinnulam a venatoribus dono accepisset. *Plinius* ubi supra, *Fiunt aliquando et candido colore, qualem fuisse traditur Q. Sertorii cervam.* *Pausanias* etiam in *Arcadicis* Romae se non sine admiratione vidisse testatur albos cervos, sed non rogasse, unde essent advecti. Et *Philostratus* libro tertio *Apollonius* et comites prope *Paracam*, *Indias* urbem, pastorem viderunt, qui albarum cervarum gregem pascebat. Quin posteriore saeculo ad *Gesnerum* ex *Polonia* scribebat *Antonius Schenebergerus*: *Hic Bacchanalibus allata est Cracoviam cerva tota alba.* Sed pleraque haec nihil ad nostras easpras. Nam in his terris si cervae, damae aut rupi-caprae quandoque albae sunt, non est is color toti speciei communis, sed uni, aut alteri individuo peculiaris. Quod evenit certis de causis, quae non sunt huius loci. At *Arabice* *مريم* rim est caprae species, quae semper albet, nec solum albet, sed et candicat. Hoc enim sibi vo-

p. 964. lunt, cum illi tribuunt *البياضة الغالية* sinceram albedinem. Eidem hoc proprium est, quod in arenis vivit, quibus scaterere notum est *Arabiae* solitudines. Unde hoc animal colligas maxime esse solitarium. Et mirari subiret, qui fiat, ut capreae, in illis arenis degentes, prae caeteris pinguescant, nisi scirem, illas arenas non esse prorsus infoecundas, et in iis multa pullulare, quibus capreae maxime gaudeant. Quod fortasse dabitur docere accuratius in tractatu peculiari *De Sacrae Scripturae Plantis*. Interim hic sufficiat haec paucula proferre.

proferre ex *Bellonii Observationibus*, libri secundi capite quinquagesimo nono: *In ora Rubri maris arbusculum reperimus illi similem, quod rhannus altera dicitur, foliis densis, falsis, subalbis, etc. Et in arena caprearum, quas gazellas appellant, vestigia cordis figura apparebant. Eas nimirum ex montibus proximis descendebant, ut biberent ex fontibus amaris, quos descripsimus, et ex illo arbusculo vescerentur. Quid, quod ipsae arenae sunt ipsis pro condimento? Gesnerus de rupi-capris, Conveniunt saepe circa petras quasdam arenosas, et arenam inde lingunt, ut villatica pecora salem, quo linguae pituitatem defricent, et excitent appetitum. De his capreis apud Arabes vix aliud mihi occurrit, nisi quod, cum capite sursum elato arrectisque auribus adsunt, id Arabice dicitur أوفد. Sic in Giahari, أوفد الریم Extulit rim caput suum erexitque aures. Et ipsa actio أوفد rim, caput sic efferentis, et aures arrigentis, vocatur in Alcamus أيفاد الریم. Sive sit is naturalis hujus capreae status, aut prae alacritate id faciat. Quo pertinere, quod רעם reem vocatur, vero non est absimile, Quippe רעם ram est extolli. Et Aleph in medio quandoque inseritur. Sic Zachar. XIV, 10, ורממה, Et exaltata est. Prov. XXIV, 7, רממה, Aliq̄ sunt stulto sapientiae, Inde igitur רממה capreae, quae solent ita erigi. Quod et רמים scribitur absque Aleph medio: ut Psal. XXII, 22. item Psal. LXXVIII, 69. ut multi volunt. In Ioho autem Aleph in Iod mutatum, quomodo apud Arabes, qui ريم rim scribunt. Sed ים habet Hamza adscriptum, ut scias, mediam Radicalem esse Elif. Eodem refer Chaldaicum et Syrum ܪܝܡ, vel ܪܝܡܐ, quod non solum occurrit pro רעם reem, sed et pro רישון difon, Deut. XIV, 5. apud Syrum et Chaldaeos paraphrastas. Quos cum Hebraeo si conferas in Syro et Onkeloso רימא rema, et in Jonathan רימא remamin, respondere reperies Hebraeo רישון difon, quod vel capreae est genus, vel animal, illi congener. Graeci et Vulgatus explicant pygargum; Iulius, strepsicorotem; Pagninus, damam; Genevenses, capreolum. Sed hi, quos diximus, רימא, et רימאן, quasi רישון difon sit idem, quod רעם reem. Nec futile conjectura. Nam Hebraicum רישון difon, nomen pinguedinem; et רישון difon, verbum pinguescere sonat. Itaque visum est, רישון difon animal a pinguedine dici, et synonymum esse רעם reem, quo significari Arabes docent capreas genus pinguisimum.*

Supereff, ut probem, Hebraeis quoque רעם reem esse capreae genus. Et vero iam probavi. Nam illi duo interpretes, qui allati sunt, Jonathan, inquam, et Onkelos, lingua Chaldaei, genere Iudaei erant. Sed nova his argumenta, ex Talmude petita, libet addere, ut res sit confirmatio. In Bava Bathra (cap. 5, fol. 73, b.) inter multa portentosa mendacia dicit quidam Rabbi, דיו לי מדרוילא בן יוסף דהו כהן תבור וזה תבור כמות דיו מרבך פסחא. Visus est mihi bimulus

primis est observandum, late patere *capreae* nomen, atque extendi ad damas platycerotes. Ideo libro secundo *Dioscoridis* in capite *De coagulo*, pro verbis, καὶ δορκάδος, καὶ πλατυκέρωτος, *Gesnerus* legendum contendit, καὶ δορκάδος τῆς πλατυκέρωτος. Quomodo etiam sumunt plerique interpretes, ut *Ruellius* et *Marcellus*: quorum ille reddidit, *Capreae lati-cornis*; hic, *capreae, quam a latitudine cornuum platycerota dicunt*. Et *Hermolaus* legit in suo exemplari δορκάδος τε πλατυκέρωτος. Sic *Varronis* corrupta verba *Rusticorum* libri secundi capite primo *Caprarum*, quas latine *rotas* appellant, idem *Hermolaus* sic restituit: *Caprearum*, quas *platycerotas* appellant. Proinde *Gesnerus* in *Caprea* pagina 299. *Unum* dorcadis nomen utrisque commune est: idque merito, cum aliud nihil, quod sciam, differant, quam cornuum specie, quae capreis, simpliciter dictis, teretia, alteris lata sunt: et praeterea magnitudine; platyceros enim major est. Pari ratione potest *Hebraeorum* דנר *reem*, vel רים *rem*, et ريم *rim* *Arabum*, in caprearum censu sic esse, ut statuta tamen sit major, quam vulgaribus capreis, et ad cervorum molem accedat. Quin omnes *Arabum* capreas, quas *gazellas* barbari vocant, nostris esse proceriores, plerique credunt. Proinde voces دسابي *dsabi*, et غزال *gazal*, cum capream significant, multi *Arabice* doctissimi non solum *damam*, sed et *cervum* interpretantur. Quod in *Gigaeio* observavi locis, ut puto, minimum quinquaginta. Et *Pf. CIII, 19.* quod in *Arabe* habetur montes excelsos esse للغزال *gazellis*, *Gabriel Sionita* reddidit *cervis*; non ita redditurus, nisi observasset, *gazellas*, seu *capreas* in illis locis esse *cervis* magnitudine vel pares, vel suppare. Sed et inter *Arabiae* *gazellas* ريم *rim*, ut pinguedine, ita etiam statura eminere valde verisimile est. Atque huc pertinere *Balaami* oraculum de *Israele*, ורעמת רים לו, *Illi* populo sunt elationes רעם *reem*, id est, quales sunt elationes רעם *reem*. Quasi praedixisset, fore, ut tam emereret ille populus inter reliquos populos, quam eminet

p. 967. *reem* inter reliqua caprearum genera. Nisi quis id referre malit ad id, quod *Arabes* observant, ut supra notavimus, huic animali peculiare esse, ut caput et aures multum erigat, et propria voce id appellari أيفان الریم *elationem*, aut eminentiam رעם *rim*. Quo exemplo populus *Israel*, antea jacens, et sub *Aegyptiorum* servitute oppressus, sed tum in libertatem a Deo assertus, ut ibidem legitur, respirare coeperat et sese attollere, tanquam in sublimem gradum paullo post evchendus. His positis, facile solvetur obiectio sequens, ex *Iobi* loco desumpta. Quidni enim cervus, aut dama, aut animal congener, parisque molis, vel supparis, posset ad aratrum adhiberi, nisi obstarat infita feritas, quo minus hominum jugo hac in parte se submitteret? Nec debet simpliciter accipi, quod asserit Sacer Scriptor, *robur illi magnum esse*, quasi virtute, aut robore inter reliquas feras multum emineat, sed relative ad id, de quo agitur,

tar, ut solum significetur, illi abunde esse virium, ut hanc operam homini praestet.

Cornua quod attinet, audi; quomodo illa describat *Gesnerus* ex *Alberto*, qui sermone fuit imperitus, non scientia; et, cum illo saeculo vixerit, quo literae *Arabicae* florebant multo magis, quam *Graecae*, aut *Latinae*, ab *Arabibus* multa didicit, ex quibus conflavit maguam partem vasti operis *De animalibus*. Ex illo igitur ita *Gesnerus* pag. 306. *Est et sui generis Avicennae algazal, quam Albertus damam nominat libro vigesimo secundo his verbis: „Dama bestia est magnitudinis capreae, figurae et pili. Sicut cervus cornua habens, sed plana, longa et acuta. Est autem cursu velox, vita provida, cornu peti in adversas sibi bestias. Arabice vocatur algazel“. Vides lector, algazelem, cujus species est reem, longa habere et acuta cornua, quibus adversas bestias ferit. Unde facile solvetur, quidquid fuerat objectum de cornibus τῆ reem. Nam, si longa sunt, merito dixit *David*, *Attolles cornu meum ut τῆ reem*: si acuta, et iis si feriat adversas feras, merito dixit *Moses* de *Iosepho*, *Cornua reem sunt cornua ejus, quibus feriet populos*; et rursus *David*, *a cornibus τῶν reemim exaudies me*. Quamvis apud nos damae et capreae sint animal pavidum et fugax, non necesse est, ut ubique terrarum sic se habeant. Ut hominum pro variis locis, ita etiam ferarum sunt alii mores. Capream in *Segestana* et *Bulgaria* describi notavimus ⁹), *sui unicum est in fronte cornu, وتنتطح به جميع الحيوان فلا يغلبها شيء* et illo impetit omnia animalia: neque ullum est, a quo superetur. Ita *Abugian Attaugidaeus*. Et de eadem *Eustathius*, Ζῶν ἐστὶ μικρὸν, ὁμοίον ἐρίφω δειμύτατον σφιδεᾶ. *Parvum est animal, hoedo simile, sed longe asperrius*. Neque minus mira sunt, quae de ovibus et capris refert *Oppianus Cynegeticōn* libri secundi versu 326.*

Λιγὼν δ' αὖτε πέλει προβάτων τε πανάγρια φύλα,
Οὐ πολλὸν τέτων οἶον λασίων τε χιμαίρων
Μείζονες, ἀλλὰ θέεν κραπνοὶ, θεναιοὶ τε μάχεσθαι

Caprarum rursus oviumque sunt admodum fera saecula, non multo hisce (nostris) ovibus hirsutisque capris majores, sed ad currendum pernices, validaeque ad pugnandum. Et paullo post in pugnam ruentes ita describit;

Πολλάκι δ' ὁρμηθέντες ἐνὶ ξυλόχοισιν ἔθηκαν
Καὶ σῶας αἰθυκτῆρας ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας.
Εἰς δ' ὅτ' ἀλλήλοισιν ἐναντίον αἷζαντες
Μάρανται· κρατερός δὲ πρὸς αἰθέρα δῆπος ἰκάνει.

Υ y 3

Οὐδὲ τ'

c) Cap. 26. pag. 339.

Οὐδὲ τ' ἀλευάδαι. Θέμις ἔπλετο δῆϊον αὐτοῖς
 Νίκην δ' αἰθέλοισι Φορῆεν ἀτίνακτος ἀνάγκη,
 Ἥλ' ἐνέκων κείδαι. ταῖον σφισὶ νέκος ἔραρον.

*Saepe autem, impetu facto, in sylvis prostraverunt etiam apros violentos, in ter-
 ra palpitantes. Quandoque etiam in sese invicem ex adverso irruentes certant: im-
 gens vero ad coelum fragor penetrat. Neque licet ipsis hostem evitare: sed victo-
 riam ut alteruter obtineat, inconcussa est necessitas, aut mortuus jaceat. Talis in-
 ter ipsos oritur contentio. Quale est, quod de damis narrat Martialis libri quinti
 Epigrammate 55.*

*Frontibus adversis molles concurrere damas
 Vidimus, et fati sorte jacere pari.*

Et Epigrammate septuagesimo quarto ejusdem libri,

*Aspicis imbelles tentent quam fortia damas
 Praelia? tam timidis quanta fit ira feris?
 In mortem parvis concurrere frontibus audent.
 Vis, Caesar, damis parcere, mitte canes.*

*Quasi plus periculi ipsae sibi mutuo creent, quam canes infestissimi. Neque res
 potest esse suspecta, cum in hominum oculis Romae facta sit in pleno Amphit-
 theatro. Sed et in caprillo genere notissima est virtus orygis, de quo idem
 poeta libri decimi tertii Epigrammate 95.*

*Matutinarum non ultima praeda ferarum,
 Saevus oryx, constat quot mihi morte canum?*

*Vult, in matutinis spectaculis multos canes ab oryge fuisse caesos et interemtos,
 eumque ideo saevum appellat. Sed Oppianus rem explicat multo uberius, et
 quasi ob oculos ponit libri secundi Cynegeticōν versu 445.*

Ἐστὶ δὲ τις δρυμοῖσι παρέστιος, ὀξύκερος θήρ,
 Ἀγρόθυμος ὄρυξ, κρυερός θήγεσσι μάλιστ'.

*Est porro quaedam saltibus familiaris, acuto cornu fera, saevus oryx, feris ma-
 xime horrendus. Ita exorsus colorem illi lacteum tribuit, dorsum pingue, acu-
 ta et alta cornua, funesta, nigra, aere, ferro et saxo duriora: unde ad ani-
 mum transiens, illum ita describit:*

Θυμός δ' αὐτ' ὀρύγεσσιν ὑπερφίαιλος, καὶ ἀπηνής.
 Οὔτε γὰρ εὐρίνοιο κυνὸς τρομέεσιν ὕλαγμα
 Οὐδὲ σὺν ἀγροαύλοιο παρὰ σκοπέλοισι φεύαγμα
 Οὐδὲ μὲν ἔταύρε κραιπλὸν μήκημα φέβοντα
 Πορδαλίων δ' ἔγῃεν ἀμειδέα πεφρίκασιν.

Οὐδὲ

Οὐδὲ αὐτῇ φεύγουσι μέγας βρύχημα λέοντος.
Οὐδὲ βροτῶν ἀλέγασιν ἀναιδέησι νόοιο
Πολλὰκι δ' ἐν κρυμνοῖσιν ἀπέφθιτο κατερεὶς ἀνὴρ
Θηρητῆρ, ὀρύγεσσι δαφνοῖς ἀντιβολήσας.

Quae nos *Latinis* versibus totidem jam olim ita expressimus,

*Mens orygem intrepida est, animusque ad praelia natus.
Nam neque terret eos canis allatrantis hiatus:
Nec scopulos metunt apro frendente sonantes:
Sed neque cum taurus grave mugit ore minaci:
Aut trucibus pardi sylvas ululatus implent:
Nec fugiunt, postquam accensa leo rugit ira.
Non homines, tanta est animi fiducia, curant.
Saepe etiam genus acre orygem telo impetere ausus.
Robustus venator obit, de rupe volutus.*

Ende pugnae genus graphice depingit his verbis,

Ὅπποτε δ' ἀθρήσειν ὄρυζ κρατερόφρονος θῆρας,
Ἡ σὺν χαυλιδόντ', ἡ καεχαράδοντα λέοντα,
Ἡ κρυφῶν ἄρκτων ὁλοὸν θράσος, αὐτίκ' αἶψ'
Νευσάζει κεφαλὴν τε, μέτωπά τε πᾶμπαν ἐρείδει
Τεινόμενος, πῆξας τε παρὰ χθονὶ πικρὰ βέλεμνα,
Ἐσσύμενον μίμνει. τὸν δ' ὤλεσε κρατὸς ἐρωῇ.

Ubi autem conspexit oryx intrepidam feram, aut exertis aprum, aut acutis dentibus leonem, aut horrendorum urforum perniciosam audaciam, mox ad terram caput inclinat, faciemque extensam prorsus defigit, fixisque in terram amaris telis, irrudentem exspectat. Illum autem interimmit capitis impetu. Scripsi κρατὸς ἐρωῇ, capitis impetu, pro γαστρός ἐρωῇ ventris impetu; quod nihil ad rem: ut neque alia lectio, quam e margine, ubi erat olim, in textum inferuerunt,

— — τὸν δ' ὤλεσε πρῶτος ἐναίρων,

Illum interimmit primus spolians. Iam, si quaeras, quomodo id fiat, ut irrudentem feram oryx capitis impetu interimat, sequentia planius docebunt.

Δόχημα γὰρ κλινὰς βαίνει κρέοντα μέτωπα,
Τεύχεσιν ὀξυτέροις δεδοκημένος ἔμπεσε θηρί.
Αὐτὰρ ὃν ἐκ ἀλέγας. κατὰ δ' ἄσχετον ἰθὺς ὀρέει,
Ὅξέσι πεφρικῶς συνεσδόμενος σκοπέλοισιν.

p. 969.

Oblique enim cornutam frontem paulatim inclinans, armis acutis observans in feram irruit. Nihil curat scilicet; sed ex adversa irruentem, acutis

acutis rigens, et firmatus scopulis. Nempe, inquit, ut fortis venator leonem irruentem, venabulo exceptum, transfigit:

Ὡς ὄρυγες μίμνεσιν ἐπισυμένεες τότε θῆρας,
 Λυτοφόνες, σφετέρῃσιν αἰταθάλῃσι δαμέντας
 ῥῆα γὰρ ἐν ζένοισιν ὀλιθαίνουσιν ἀκωκαί.

Ita oryges feras sustinent tunc irruentes, suas caedis auctores, et propria temeritate domitas. Facile enim in pectora penetrant cuspides. Reliqua ibi videat, qui harum rerum curiosus est. Vereor enim, ne lectori taediola sit tam longa digressio: quamvis non frustra haec exscribamus. *Hebrasos* enim suspicor nomine *ONT reem*, praeter capreae genus candidae et pinguis, quam ex *Arabibus* descripsimus, insuper hoc animal significasse, quia illi est simillimum. Primo enim, oryges in genere capreis fuisse similes, in confesso est. *Hesychius* enim ita confert, "Ὄρυξ· ζῷον τι τετράπουν, δορκάδε κατὰ τὴν χροίαν παραπλήσιον." *Oryx*, animal quoddam quadrupes, capreae colore simile. Et in caprarum sylvestrium genere ponit *Plinius* libri octavi capite quinquagesimo tertio: *Caprae*, inquit, in plurimas similitudines transfiguntur. *Sunt capreae, sunt rupi-caprae, sunt ibices, etc. Sunt et oryges.* Et disertus *Albertus*, *Oryx bestia est capreae similis, etc.* Ut de *Bellonio* taceam, cui oryges cum *Arabum gazellis* sunt idem animal. Secundo, *ONT reem*, proprie dictus, id est, *ῥ-ῥ rim Arabum*, est candidissimus. Ita etiam *oryx Oppiani*,

Τῷ δ' ἦτοι χροὴ μὲν αἶτ' εἰαρινοῖο γάλακτος,
 Μέναις ἀμφὶ πρόσωπα μελαινομένησι παρεαῖς
 Nigricat huic facies, reliquo sed corpore qualis
 Verno in lacte color, candore notabilis ipso est.

Tertio, *ῥ-ῥ rim* pinguescit admodum, et saginae ratione dicitur esse caprearum ovīs: ita de oryge addit *Oppianus*,

Διπλὰ δ' οἷ μετόπιδε μετάφρενα πλοῖα δημῷ,
 Illi spina duplex multa est distenta sagina.

Quarto, longa et acuta cornua, quae *Arabum gazellis* descripsimus, etiam habet *oryx*. Idem *Oppianus*,

Ὅξῃαι κεράων δὲ μέτορον ἀντέλθουσιν
 Λίχμαι, πευκεδανῇ, μελανόχροον εἶδος ἔχουσιν
 Καὶ χαλκῇ θεκτοῖο, σιδήρε τε κρυεροῖο,
 Πέτρῃ τ' ὀκρυόεντος ἀρεστοτέρῃ πεφύκασιν.

*In sublime super frontem consurgit acuta
 Cuspide mortiferum cornu: color ater, et illi*

Duritia

*Durities invicta, rigorque est, qualis in aere,
Aut silice, aut ferro, vano quod tunditur ictu.*

Proinde *Simi Aethiopes* orygem cornibus pugnabant, ut alii gladiis ferreis. *Agatharchides* capite vigesimo sexto, ubi de *Struthophagis*: Πολεμῆμενοι δὲ ὑπὸ τῶν Σιμῶν· ἔτοι τοῖς τῶν ὀρύγων κέρασιν ὅπλοις χρώμενοι μεγάλοις, καὶ τμητικοῖς ἔσι· *Illis bella inferunt Simi; qui pro telis utuntur orygem cornibus, quae grandia sunt, et ad incidendum peracuta.* Fallitur itaque *Diodorus* libri tertii pagina 113. ubi pro *Simis Struthophagos* orygem cornibus instruit. Verba sunt: Ὑπὸ δὲ τῶν Σιμῶν ὀνομαζομένων Αἰθίοπων πολεμῆμενοι οἱ Στρεβοφάγοι, διακινδυνεύουσι πρὸς τὰς ἐπιτιθεμένους, ὅπλοις ἀμυντηρίοις χρώμενοι τοῖς τῶν ὀρύγων κέρασι. *Ab iis autem Aethiopibus, qui Simi dicuntur, bello impetiti Struthophagi, in irruentes Simos, non aliis ad vim propulsandam armis instructi, dimicant, quam cornibus orygem.* Fallitur etiam *Strabo* libro decimo sexto, ubi pro *Simis Silos* vocat, nisi sit scribarum mendum: Πολεμῆσι δὲ τέτοις; inquit; οἱ Σίλοι καλούμενοι Αἰθίοπες, κέρασιν ὀρύγων ὅπλοις χρώμενοι. Cum iis bellum gerunt, qui Sili dicuntur Aethiopes, orygem cornibus pro armis usi. Porro *Simi* illi *Struthophagis* vicini sunt *Auxumitas*, ut quidem puto: quia, praeter locorum situm in *Ptolemaeo*, suadet id συνωνυμία. Nam *Auxume* Arabice est *خاشوم* chasum. Ita vocat totus *Oriens*. Hispani *Chazumo* scribunt. Et incolae *ῥωρη*. Arabice *خشوميون*. Quo nomine vel *nasi simitas* significatur, vel vitium illi proximum, nempe cum odoratu caret nasus, propter fractam, aut depressam in summo naso cartilaginem. Quo vitio qui laborat, *gallice* dicitur *punais*. Quod cum simis saepe accidat, *Graeci* vetustiores pro *Chaschumiis* Σιμῆς, id est, *Simos* appellaverunt. His igitur *Simis* arma fuere cornua orygem, quibus refertam esse regionem, testantur *Agatharchides* et *Diodorus*. Horum cornuum durities cum tanta sit, fabulosum esse puto, quod *Commodus* scribit *Lampridius* virium ad conficiendas feras tantarum fuisse, ut orygis cornu hasta transmiserit. Ab hoc cornu ipsum animal *Graeci* ὀρυγα dixerunt, et *Latini* *subulonem*, vel contracte *sublonem*, tanquam a *Subula*. Glossae, *Sublones*, ὀρυγες, θήλια, ἐργαλία τε (pro quo legendum *Casaubonus* recte monet, ὀρυγες, θηρία, ἐργαλεῖά τε) ferae, et artificum instrumenta, nempe fossoria. Nam ὀρυξ proprie dicitur *Graecis* instrumentum fossorium acutum, quo terra eruitur et lapides fodiuntur. *Oppopa* ὀρυξ exponitur in *Glossis*, vel *urru-pa*, cujus usus in lapidicinis apud *Plautum*. *Hesychius* ὀρυγα exponit λαοξοικὸν σκεῦος, ἢ σκαφίς εἶδος, instrumentum scilicet ferreum acutum, quo lapides primo rudimento punguntur prius quam poliantur. *Subulas* quoque *Latini* appellaverunt, unde *subulis impositi lapides* apud auctores *De limitibus*. Haec pluribus *Salmasius* in *Solinum* pagina 223. Ex quibus constat, *orygem* et *subulonem*

BOCHARTI Hieroz. Tom. II.

Lz

nem

nam dictum fuisse hoc animal; quia cornu habet instar subulae, aut instar τῦ ὄρυγος, sive fossorum, sive lapicidarum. Ita Chaldaicum et Syrum דנר (quod alii capream reddunt, alii pygargum, alii alcen, alii τάρανδον, alii ibicem, alii orygent, alii damam, alii hircum sylvestrem, alii camelo-pardalim, et quid non?) videtur esse oryx, quia פנר, et contracte פנ, est transfigere. Inde igitur פנר, et contracte פנ, est animal, quod cornu suo fodit et figit. Veram esse hanc conjecturam, patet ex Samaritana paraphrasi, in qua pro Chaldaeo פנר plene scribitur דנר Deut. XIV, 5. quasi transfixorem dixeris. Cum igitur probaverim hactenus, Oppiani orygem colore pili, pinguedine et cornibus τῦ reem esse similem, puto, Hebraeos nomen reem, quo capreae genus nominant, etiam illi orygi indidisse, atque huic magis proprie convenire, quae de robore et ferocia τῦ reem in Scriptura dicuntur. Hanc enim orygis esse naturam, abunde docent, quae ex Martiali et Oppiano adduximus. Sed et plerumque major fuit statura orygis, quem dicit Herodotus ad bovis magnitudinem accedere. Et Oppianus rhinocerotem illo non esse multo maiorem. Sic plana erunt omnia, quae de דנר reem tradunt Sacri Scriptores. Et patebit insuper, cur Graeci interpretes דנר μονοκέρωτα reddiderint: quia nimirum ὄρυξ quandoque est unicornis, ut ex Aristotele et Plinio constat. Frustra orygem objeceris nonnullam quam cicurari. Et in Ptolemaei pompa apud Callixenum Rhodium ^{d)} orygem fuisse bigas. Et in Horo Apolline ^{e)} veteres Aegypti reges describi ἐπιμαθισαίντας τέρω τῷ ζώω. Neque enim Iobus absolute negat, דנר reem posse cicurari, sed ita cicurari negat, ut aratro inferviat. Et, cicuretur licet, natura sua tamen valde ferus est. Unde Martiali saevus oryx. Et Oppiano ἀγριόθυμος ὄρυξ, et

Θυμὸς δ' αὐτ' ὀρύγεσσιν ὑπερφίαλος, καὶ ἀπηνής.

At oryx, inquires, peregrinum est animal, aeque ac urus et rhinoceros. Herodotus enim libro quarto oryges censet in iis animalibus, quae ad Tritonis fluminis ortum in Africa procreantur. Et Plinius libri decimi capite septuagesimo tertio, Orygem, perpetuo sitientem, Africae generant, etc. Et paullo post, Getuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore eorum saluberrimi liquoris vesicis. Unde Iuvenalis Satyra undecima,

— — — — et Getulus oryx.

Alii orygem Aethiopiae interiori adscribunt, ut Agnatharchides ^{f)}, Strabo ^{g)}, Diodorus ^{h)}, Heliodorus ⁱ⁾. Fateor, sed et oryx Aegyptium fuit animal, aut Aegyptiis notissimum. Plinius libri secundi capite quadagesimo, Orygem appellat

^{d)} Athen. lib. 5.

^{e)} Horus lib. 1. cap. 46.

^{f)} Cap. 26.

^{g)} Lib. 16.

^{h)} Lib. 3.

ⁱ⁾ Lib. 10.

pellat Aegyptus feram, quam in exortu ejus (Caniculae) contra stare et contumaci tradit, ac velut adorare cum sternuerit. Aelianus Historiae libri septimi capite octavo, Αἰγυπτίων ἀκούω λεγόντων τὸν ὄρυγα συνιέναι τὴν τῷ Σείρις ἐπιτολὴν πρῶτον, καὶ μαρτυρεῖσθαι τῷ πταρμῷ αὐτόν· Aegyptios audivi asserentes, orygem Caniculae ortum primum animadvertere, et sternutamento testari. Plutarchus quoque in libro *Ultra anim.* Aegyptios tradit μυθολογεῖν περὶ τῷ ὄρυγος ὡς Φωνὴν ἀφιέντος, ἡμέρας ἐκείνης, καὶ ὥρας, ἧς ἐπιτέλλει τὸ ἄστρον, ὃ Σοῦθην αὐτοὶ, Κύναι δὲ, καὶ Σείριον ἡμεῖς καλεῖμεν· fabulari de oryge, illum vocem emitte, quo die et hora oritur illud astrum, quod ipsi Sothim, nos Canem et Sirium appellamus. Rursus Aelianus libri decimi capite vigesimo octavo; Ἀποστραφεὶς πρὸς τὴν ἀνατολὴν τῶν τῷ Ἡλίῳ, τὰ περιττὰ τῆς ἐαυτοῦ τροφῆς ἐκδιλίβει, φασὶν Αἰγύπτιοι· Ad orientem solem conversus, alimenti superflui (id est, excrementa) excernit, et ajunt Aegyptii. Unde est, quod Serapidis, id est, Solis sacerdotibus maxime erat odiosus. Et in Hori Hieroglyphicis libri primi capite quadragesimo sexto ἀκαθαρσίαν, impuritatem oryge significari legas; quia, oriente luna, ἀτενίζων εἰς τὴν Θεὸν κραυγὴν ποιῆται, Deam in-
tendentis oculis continens clamorem edit, ac si eam execraretur. Et, terram prioribus pedibus suffodiens, ζωγραφεῖ ἐαυτὴ ταῖς κόρας, ὥσπερ ἀγανακτῶν, καὶ μὴ βαλόμενος ἰδεῖν τὴν τῷ Θεῷ ἀνατολὴν, πinguat pupillas suas tanquam indignabundus, nec Deae exortum videre volens. Quod cum sit absurdum, pro ζωγραφεῖ fortasse legendum ἀσφαῖ, abscondit pupillas suas, oculos claudendo, vel demittendo. Sequitur, idem facere in exortu solis. Unde est, quod οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, τῷ ὥροσκόπῳ σημαίνοντες αὐτοῖς τὴν ἀνατολὴν, ἐπικαθίσαντες τῷ τῷ ζῳῷ, διὰ μέσε αὐτῶ, ὡς τιναν γνωμόνων, τὴν τῆς ἀνατολῆς ἀκριβεῖαν ἐγνώριζον. Quorum verborum sensus erit multo apertior, si pro ἐπικαθίσαντες, mutato Casu et Numero, legas ἐπικαθίσαντος, nempe τῷ ὥροσκόπῳ. Sic enim significabant, veteres reges per hoc animal, tanquam per quosdam gnomones, momentum exortus accurate novisse, id edoctos ab horoscopo, id est, horarum inspectore, huic animali insidente. Ita, ut non ipsi reges, quod statuit vulgata lectio, sed horoscopus, orygi insidens, réges monuerit de proximo exortus tempore. Ibidem sacerdotes orygem, ut Deae adversarium, μόνον τῶν πτηνῶν ἀσφράγιζον ἐδιδόειν, solum pecudum non signatum comedunt. Quod alioqui sub poena mortis vetitum fuisse, docet Herodotus libri secundi capite trigésimo octavo. Inter pecudes, nempe feras, censetur oryx: ut Columella libri decimi capite primo, *Ferae pecudes, ut capreoli damaeque, nec minus orygi cervorumque genera.* Ultima causa, cur orygem oderint Aegyptii, ab Horo haec affertur, quod, cum bibit, aquam turbat τοῖς χεῖλεσιν, labiis. Imo ταῖς χηλαῖς, fissis unguibus, id est, τοῖς ποσίν, pedibus, ut paullo post explicatur. Ex his liquet, Aegyptiis jam olim notissimum fuisse orygem, ac pro-

inde etiam *Iudaeis*, qui non solum erant vicini, sed et in *Aegypto* captivi diu haeserant, et cum *Aegyptiis* sub *Solomone* et regum aliis archissimum foedus contraxerant. Proinde דבר *theo*, vel דבר *tho* unum ex animalibus, cujus esum p. 972. *Iudaeis* Lex *Mosis* concesserat, non solum *Seniores*, sed et *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotion* et *Hieronymus* ὄρυγα *orygem* interpretati sunt. Quam bene non jam quaero; nam capite proximo id fiet: sed solum hinc colligo, ex horum omnium sententia *orygem* *Iudaeis* fuisse notum. Tertium obijci posse video, nempe Scripturae loca, ex quibus *Boothus* se putat collegisse דבר *reem*, esse animal, bovi aliquo modo congener. Quae fatebor suum pondus habere, modo is vicissim agnoscat, animalia cervini generis cum natura bovis sylvestris aliquid habere commune. Quod *Arabes* rotunde scribunt, et sine verborum ambagibus.

Damir in capite البقر الوحشي, id est, *De bove fero*, هذا النوع *Anima-*
lium *hujus* *generis* *quatuor* *sunt* *species*, *nempe* *maha*, *et* *ajil* (id est, *cervus*), *et*
jachmur, *et* *thaithal*. Et in capite ايل *ajil*, seu *De cervo*, الظاهر انه
بقر الوحشي والاجل لغة ويقال هو الذي يسمى
بالفارسية كوزن واكثر احواله شبيه ببقر
الوحش Patet, esse bovem ferum. Per quendam dialectum vocatur agil. Et
dicitur esse id animal, quod Persae GAUZAN vocant, bovi fero in plerisque simile.
ايل هو المعنى الجملي اكثر احواله شبيه
Ajil (*cervus*) *caprae montanae* *genus* *est*, quod *feri bovis* *ha-*
bet *plerasque* *conditiones*. Sed, quod mirere magis, idem in capite بقر
De bove fero, neque *bubalum*, neque *urum*, neque *bonasum*, aut
bisontem, neque ullum aliud *feri bovis* *genus* *describit*, sed solum *cervum*.
Nempe initium tale est, بقر الوحش يقال له بالفارسية
كوزن له قرنا عظيم نو شعب كل سنة ينبت
علي قرنه شعبة زائدة وقرنه مصمت بخلاف قرون
Bor ferus Persice dicitur
CAUZAN. Cornu ejus (id est, *cornua*) *magnum* *et* *ramosum* *est*. Et novi rami
quotannis *illi* *adnascuntur*. Solidumque est illud cornu: contra quam reliqua ani-
malia, quae *cornua* *habent* *contava*. Sequitur, illum musica ita delectari, ut ad
sagittas, quibus interim impetitur, non advertat. Et auribus elatis valde esse
attentum, sed remissis paene surdum. Et, cum aegrotat, viperarum esu sana-
ri, solo capite omisso. Et illas halitu suo ad se allicere. Et quaedam alia ad-
duntur,

duntur, ex quibus palam constat, *bovis feri* nomine cervum describi. *Caesari* etiam libro sexto cap. 26. ubi de feris *Hercyniae* sylvae: *Est bos cervi figura*, etiam *Bovem* non vocasset animal cervi figura, nisi bovem et cervum cognata esse animalia credidisset (*).

Zz 3

(8) Tam clare demonstravit, tantaque argumentorum vi probavit Bochartus, Hebraeorum *צמר*, Arabum *زيم*, et Oppiani *ὄρος* unum idemque esse animal, ut dubitationi vix locus relictus videatur. Attamen Bocharti sententiam impugnavit ALB. SCHULTENSIUS in *Comment. ad Iob.* Cap. XXXIX, 12. p. 1113. seqq., hac potissimum ratione ductus, quod illo Iobi loco tota textus series postulet „animal, *Bovi aratori*, non nomine, sed corpore et universa specie simillimum“. Quasi vero non aequae quadret quaevis alia fera, in desertis vaga, iugique impatiens. Sed Schultensius, dum probare instituit, Arabum *زيم* significare *bubalum ferum*, ipse *Arvitus* magis adhuc stabilivit Bocharti sententiam. Etenim nititur ille hoc praecipue argumento, quod vocabulum *زيم* ab Arabum Grammaticis modo exponatur *بقسر الوحش*, modo

ثور الوحش. At satis jam probati Bochartus, Arabes sub *بقسر الوحش*, sive, quod idem valet, *ثور* nomine solos cervos capreasque comprehendere, neque ullum feri bovis genus. Accedit, quod *زيم* inter capreas, sive gazellas, recensetur non solum a *Damire*, sed ab aliis quoque Arabibus, quorum verba in medium protulit Bochartus p. 962. Quibus ego addo *Nahasi*, Grammatici, notam ad vs. 3. Carminis Amralkaisani: *الارام الطباء* *الارام الابيض* *ارام* sunt *dorcadés albae*: et versiculum *Maluci*, Hudeilitae, a Lettemio in Nott. ad Amralk. adductum, in quo inter alias capreas etiam apparent *الارام*:

يا مي ان سباع الارض هالكة
والعقر والعين والارام والناس

O Maia, ferae terrae pereunt, et dorcadés, et gazellae magnis oculis, et aram, et homines. Ad quae verba notat *Sucari*, Grammaticus, *الارام الابيض من الطباء*, *الارام* *arame* *albae dorcadés*. Quod ipsum et nuper, ab Arabibus edoctus, confirmavit *Niebuhrus*, in praefatione, descriptioni Arabiae praemissa, p. XXXVIII. *زيم species est gazellarum albarum, ut mihi in urbe Haleb dicebatur, cuius tamen in vicinia eas non reperiri addebant.* Atque vetat ipse color, qui *زيم* tribuitur, hoc nomine *bubalos* intelligere. Quis enim unquam *boves feros* albedine candentes vidit, quales unanimi consensu Arabes describunt suos *ارام*?

Superest, ut Bochartum vindicemus ab eo, quod nonnulli ipsi opponunt, parum aptam esse capream, timidissimum animalium genus, iis Veteris Testamenti locis, quibus *צמר* describitur tanquam animal ferum et robustum, veluti Iob. XXXIX, 12, 13, 14. et Ps. XXII, 22. Quod quidem facili negotio praestabimus, et illis ipsis armis, quibus Bochartum impugnavit Schultensius. Is enim *indomitam feritatem* tribui testatur ab Arabum poetis *زيم*, quos ipse *boves feros* opinatur, nos vero ad *capreas* referimus, rationibus ducti, quas modo exposuimus. „Poetae gentis, inquit, tam multi in eorum *venatione* describenda, et *imaginibus* ab eorundem *forma, decor, robore, cursu rapidissimo,*

mo, frontis honore, cornuum terrore, transferendis, ut frequens et nobile esse genus in Arabia, evidentiſſime appareat, quum de eo loquantur, ut *desertorum montiumque suorum* nemini ignoto incolae. Egregiam huius animalis descriptionem dat *Ompia Abi Afides in Diw. Hud.* ubi inter alia extat:

هيجان السراة تيري لونه
كقطبية الصون بعد الصقال
حديد القناتين عبل الشوي
لماق تلالوة كالهلل

Albus medium dorsum, cernas colorem ejus ad instar Sindonis bene custoditae post polituram. Acutus geminam hastam, torosis membris, gandicans, oculo, lunae instar micante. Submonet Scholiaſtes, animalis cornua hic appellari *hastas*: unde promptum de eorundem proceritate et robore judicium. Quae omnia quum a Schultensio prolata sint eum in finem, ut appareat, Arabum ~~Hebraeorumque~~ idem esse animal, et nos grati accipimus, quippe qui et ipsi contendimus, ~~et~~ non diversa esse animalia, sed in hoc tantum discedimus a Schultensio, quod is ~~bovem ferum~~ esse vult, nos vero *caprearum* quoddam genus significare probavimus. Quae quidem nostra sententia egregie firmatur illo Arabici poetae versiculo, quo cornua animalis cum *hastis* comparantur: quod nullo modo quadrat in *bovina cornua*, optime autem in cornua *longa, acuta, gracilia* Antilopes *Leucorygis* (cum qua Arabum quoque convenit colore niveo): unde simul lucem accipiunt ea librorum sacrorum loca, in quibus *cornuum* ~~et~~ mentio fit, quaeque satis jam illustravit Bochartus. Quum autem ex iis, quae supra protulimus ex Schultensio, satis pateat, hoc caprearum genus reliquis audacius ferociusque esse, jam nemo

mirabitur Davidem, ut a cornibus ~~et~~ defendatur, petentem (Psal. XXII, 22.), aut Iobum, qui ~~et~~ ut animal indomitum ferumque describit. Et ad *feritatem* quidem animalis aperte alludit Moleichus, in *Anthologia Hudeilitarum* (apud Schultens. Commentar. in Iob. p. 1115.):

يا مي لن يعجز الايام دو خدم
بشمختر به الظمان والاس
في راس شاهقة انبوبها خصر
دون المساء لها في الجوف راس

O Maia, non effugit dies fatales albedine pedum conspicua *Leucoryx*. in monte celso, ubi *Jasminum* et *m-l sylvestre*. In Capite verticis, cujus semita frigida proxime coelum, cum naso per a-cum prominente, Audaciam quoque et feritatem videmus in OPIANI *oryge*, quem eundem esse cum Arabum ~~Hebraeorumque~~ jam demonstravit Bochartus (supra p. 969.). *Orygem* vero Oppiani esse *Leucorygem* Linnaei, nulla est dubitatio. *Leucorygem* enim describit PALLAS *Spicil. Zool. XII.* p. 17. *niveam, faciei modo media parte genis et artubus rubicundam, cornubus longis, nigris, acutis, gracilibus.* Quae omnia similiter in suo *oryge* Oppianus:

Τῷ δ' ἦτοι χροὶ μὲν ἄτ' ἀσπιδὶ γάλακτος
Μένους ἀμφὶ πρόσσω μελανομήνῃσι παρ-
αἰς
Ὅξ' αὖ κεράων δὲ μετ' ἄρα ἀντ' ἄρα
Δίχμοι, ποικιλάνα, μελανόχροον ἄδος
ἔχουσιν.

Protinus multus est poeta in describenda animalis audacia et feritate, quae jam supra p. 968. excerptis Bochartus.

Duo animalia nomen ~~et~~ gessisse, unum *capreae* quandam speciem, alterum, *bovem ferum*, sive *bovem bubalum*, contem-

CAP. XXVIII.

p. 273.

*Probatum, תאו tho, vel תאו theo potius esse Orygem,
quam Bovem sylvestrem.*

Oryx alio nomine dicitur תאו *theo*, vel תאו *tho*, si veteribus credimus. Nam *Deut. XIV, 5.* תאו *theo* Seniores reddunt ὄρυγα et *Hieronimus orygem.* Et *Esa. LI, 20.* pro *Hebraeis* כורא מברר in *Aquila* legebatur, 'Ὡς ὄρυξ ἡμφιβλησσυμένος' in *Symmacho*, 'Ὡς ὄρυξ ἐν ἀμφιβλήτρω' in *Theodotione*, 'Ὡς ὄρυξ συνελημμένος, ut in *Vulgato*, Sicut *oryx* illaqueatur. Nempe ex תאו factum creditur תאו per metathesim; quomodo כשב ex כבש *agnus*. At alii תאו, vel תאו *bovem sylvestrem* reddunt. Id enim esse putatur in *Onkelo* תורבלא, in *Jonathane* תורבר, et in *Arabibus* الثبتل. Nam ad verbum בלא תור est *bos sylvas*, בר תור *bos agri*, et الثبتل una equatuor bovis feri speciebus apud *Damirem*. Inde est, quod תאו *bubalum*, aut *bovem sylvestrem* explicant plerique recentiorum.

Sunt tamen causae plures, cur mihi placeat magis prior interpretatio. 1. Quod *Deut. XIV, 5.* תאו poni video inter species cervorum et caprarum sylvestrium. Et e septem ferarum nominibus, quae in uno versu leguntur, *Chaldæos*, *Syros* et *Arabes* caetera sex ad cervos, aut capras referre: unde hoc etiam eodem esse referendum, valde verisimili ratione colligitur. 2. In *Iudaëa* et vicinis locis nullos fuisse sylvestres boves, jam supra *) observavimus: et horum praecipuae species, urus, bison, bonasus sunt ferae frigidi climatis. Bubalus quidem degit potius in australibus locis: sed is videtur olim latuisse in remotissimis regionibus, *Indiae* puta, vel *Perfidis* (*). Saltem ante *Christi* tempora nullus occurrit, qui inter bovis feri species bubalum nominaverit, aut descripserit. *Graecis* vetustioribus aliud erat βέβαλος, vel βάβαλος, nempe capras sylvestris

a) Cap. 26. pag. 923. et cap. 27. pag. 960.

dit I. D. MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx. Hebr.* P. VI. p. 2212., unde eadem duplex significatio in *Lexicon Simonianum*, super denuo editum, recepta est. In eadem sententia deprehendimus virum quendam doctum in *Annotationibus ad Brucii Bihexarium*, ab Hasselcampio editis, pag. 155. Nobis quidem hoc minime necesse videtur. Capra oryx, sive leucoryx

omnibus locis, quibus תאו occurrit, aptissima est, ut satis a Bocharto nobisque evictum putamus.

(1) In Aegypto ad Nilum regionibusque Euphrati fluvio aditis, frequentes bubalos invenit Niebuhrius (*Beschreib. von Arab.* pag. 165.), nullos tamen in Arabia, ob locorum paludorum defectum, quae valde amant illa animalia.

stris genus, ut supra ^{b)} probavimus. Et bubali nomen Arabicum جاموس
giamus, Plur. جواميس - گاو-جاء گياuvamis, deflexum est ex Persico گاهيش
caumis, vel gaumis, id est, vacca fera. Itaque a Persis cum suo nomine ad
Arabes videtur deductus, unde paulatim ad Europaeos. 3. In Iudaeorum cibis
cenfetur נתי Deuter. XIV, 5. quod de bubalo vix crediderim, cujus esum com-
muni suffragio omnes execrari video: Damir, داميير - داميير
p. 994. ^{c)} *Ejus carnis ejus generat pediculos.* Petrus Crescentianus, *Carne* bu-
balinas nimium melancholicas sunt, et ne boni quidem saporis, quare parum pro-
bantur. Crudae adhuc forma, et colore non adeo indecorae sunt, coctae vero
omnino. Iohannes Baptista Fiera,

Bubalus hinc abeat, neve intret prandia nostra:

Non edat hunc quisquam, sub iuga semper eat (2).

4. נתי laqueo capitur *Esa. LI, 20.* quod de bove fero nemo dixerit. Illos enim
fovea capi, aut simili arte, scribunt veteres, nusquam retibus, cum sit validius
animal, quam ut possit retibus detineri. Hinc de *Aethiopia* bubus feris *Agatharchides*
capite trigesimo nono, Τὸ δ' εἰς ὄρυγμα ἐμπεσόν, ἢ τινὰ δόλον τή-
τω παραπλήσιον, etc. Et *Diodorus* libro tertio, Τὸ δ' εἰς ὄρυγμα πεσόν. Et
Asellius libri decimi septimi capite quadragesimo quinto, Ταφρὸς αὐταῖς κρυ-
πτὰς ἐργάζονται βαθείας, καὶ ταύταις αὐτὰς ἰδοῦσιν. Et *Plinius* libri
octavi capite vigesimo primo, *Ipsi non aliter, quam foveis capti, etc.* Et *Caesar*
libro sexto cap. 28. de uris in *Hercynia* sylva, *Hos studiose foveis captos in-*
terficiunt. Et *Albertus* libro vigesimo secundo de zubrone, uri specie in *Illyri-*
co: Capi aliter non potest, quam foveis, aut venatore circa crassissimi trunci arbo-
rem circumcunte, etc. Haec illi: ex quibus constat, verum id esse, quod dixi-
mus: boves feros non capi retibus, aut plagis, sed effossa fovea. At de cervi-
no et caprillo genere plane secus. Cervos enim, damas, capreas, ac proinde
etiam oryges, partim ex ipsa Scriptura, partim aliunde probavimus tam retibus,
quam canibus capi. 5. Praeter *Seneca*, *Aquilas*, *Symmachi* et *Theodotionis*
cum *Hieronymo* consensum habemus insuper *Syrum* interpretem, in quo נתי est
نسي, qua voce, contracta ex نسي, orygem significari jam ante monuimus (3).

Et

b) Cap. 22. pag. 970.

c) Cap. 27. pag. 970.

(2) Carnem bubalinam pro cibo esse Ori-
entalibus, nec pauperibus tantum, ut *Pro-*
sper Alpinus dicit (de Medic. Aegypt. p. 15.),
sed ditioribus etiam, refert *Niebuhrus* lo-
co cit. *RUSSELL* contra (*Natur. Hist. of*
Aleppo pag. 50.) Halebae a Turcis; aut Iu-

dacis carnes bubalinas vix comedi afferit.
Cf. *OEDMANNI Vermischte Samml. Fasc.*
IV. Cap. II. p. 24. sequ.

(3) I. D. MICHAELIS tam in not. ad
CASTELLI Lexic. Syriac. a se editum
pag. 195. quam in *Supplement. ad Lexic.*
Hebr.

Et fortasse id ipsum fuit *Chaldaeis* חורבר, et חורבר (*), et *Arabibus* الثينل. Quidni enim in boum ferorum censu ab illis poni potuerit oryx, aequae ac cervus ac *jachmur*? Praeterea الثينل pro ibicis specie sumi, diserte docent *Lexicographi*. *Altamus* او مشنه او ذكر الاروي Thlaithal, *ibex*, aut qui annosus est in hoc genere, aut mas alorviae (quae est ibicis foemina), aut bovis feri genus. Goliis ex *Giauhari*, *Caper montanus*, *oryx*, *bos montanus*, *species hujus*, etc. 6. Fallor, aut nomen חור theo, vel חור tho est a voce factum. Sic *Graece* θῶες, et θωύσσειν sunt voces ὀνομασπομπικαί. Fortasse etiam *jettas*, sylvestris hirci genus in *Creta*, nomen a clamore sumserunt. *Hesychius*, ἱέττας πατέρας (lego τιτύρας) Κῆτες, ἢ τὸς ἀγέλης τεάγας. Et in avibus τάως παυο, si *Varroni* fides. Nec frustra in oryge clamor observatur, quem edit scilicet in ortu siderum. *Plutarchus* enim supra ^{d)} nos docuit, orygem in ortu *Caniculae* φωνὴν ἀφιέναι vocem emittere: et *Horus* ^{e)}, ἡσυχίαν ποιεῖν, clamorem edere, cum luna et sol exoriuntur (?).

In

d) Cap. 26. pag. 946. e) Ibid.

Hebr. P. VI. pag. 2361. Syriaeum ܡܝܢ ibicem notare censet, a ܡܝܢ, *subsilire altius*, indeque *exsultare*, adlato insuper Arabico ܡܝܢ, *ex alto se demisit*. Possit tamen a *subsilendo* etiam *caprearum* quaedam species appellata esse.

(4) Michaelis l. c. vocem חורבלא mallet derivare a חרב, *adepts*, ut animal sit a *pinguedine* dictum. Quod vix cuiquam probetur. חורבלא enim idem plane valet, quod חור, ita, ut horum unum saepe pro altero ponatur: atque ipsum חורבלא non aliud vocabulum videtur ac חור, mutato tantummodo ב in ל, quo nihil frequentius in his linguis. חור autem ad litteram expressum esse ex Arabico بقر الوحش, qua appellatione multa animalia e caprearum genere comprehenduntur (vid. Bochart. sub fin. Cap. praeced.), recte censet Oedmannus, p. 27. l. c.

(5) Probavit Bochartus non tam id, quod probare promiserat, חור esse *orygem*,

BOCHARTI Hieroz. Tom. II.

quam tantummodo hoc, esse id animal ex *caprearum* genere. Sed hoc ita fecit, ut nihil videam, quid ipsi opponi possit, quod quidem alicujus sit momenti. Quacnam autem potissimum *caprea* vocabulo illo indicetur, id hodie vix quisquam dixerit. Neque enim occurrit in libris sacris de hoc animali quidquam, quod uni tantum alicui caprearum speciei ita proprium sit, ut in nulla alia deprehendatur; nec offert Arabia vocem consonam. Id solum conicere licet, a *pernecitate* nostram capream nomen accepisse, est enim ܡܝܢ *praecepsit*, *praevertit*. Sed quam multa ejus generis animalia inde appellari poterant! OEDMANNUS l. c. p. 29. Hebraico חור eam significari contendit capream, quae *Pallasio Antilope Bubalis* audit, quamque eandem putat cum Arabum بقر الوحش, quod vocabulum cum latius de pluribus animalibus ex cervorum caprearumque genere adhibitum censet, tam potissimum de *Antilope Bubalide*, tali appellatione, quae proprie bovem

A a a

bovem

In *Esaiæ* loco de oryge illaqueato iminane quantum nonnulli interpretes a Prophetæ verbis discesserint, quibus *Iudæos*, animo defectos, jacere dicit in compitis כחר מחר, ut *orygem* in *reti*, supple *detentum et implicitum*: unde se expedire cum frustra cōnatus est, quid superest, quam ut inutili labore victus tandem fatiscat et humi jaceat ⁽⁶⁾. Quæ cum plana sint et obvia, quorsum pro *Hebræis* כחר מחר, ut *oryx* in *reti*, vel *irretitus*, *Graeci* habent ὡς σεῦτλον, p. 975. vel ὡς σευτλῖον ἡμίφθον, ut *beta* *semicocta*: et *Syrus*, ام سدر, et *Arabs* مثل سلك نابل, ut *beta* *flaccida*? Aut quorsum haec eadem verba *Chaldaeus* reddit כחרקי מחרין, ut *phialae fractae*? *Beta flaccida*, aut *semi-cocta*, et *phialae fractae*, quid inter se commune habent, aut cum oryge illaqueato? Scripturae interpretes vix ullibi reperias sibi minus constare et in tam diversa ferri. Nec in his tenebris quidquam video: tamen conjecturas afferam, donec meliora suppetant. *Graecos* suspicatur *Hieronymus* ex חר tho fecisse *thorath*, quæ sit *beta*. Pro quo, inquit, *Septuaginta* Syra lingua opinati sunt *thoreth*, quæ dicitur *beta*. Legendum *thored*, vel חרר *therad*, aut etiam חרר *therid*, vox, in *Talmude* pro *beta*, vel *blito* non infrequens. Cl. *Buxtorffius* putat, illis חר tho idem fuisse, quod חרר thea, vel חרר thea, quæ laferis est species in *Talmudicis* tractatibus, *Oketfin* et *Chalin*. Quæ conjectura, si valet, *Graeci* non scripserunt σευτλῖον, id est, *betam*; sed σιλφῖον, id est, *laserpium*, *laserpitium*. Tamen etiam *Syrus* et *Arabs*, *Graecos* sequuti, *betam* reddunt. Itaque, si quod scriptiois vitium est in hoc verbo, illud oportet esse valde vetus. Sed, si ve σιλφῖον, aut σευτλῖον legas, cur additur ἡμίφθον, *semicoctum*? In *Prophetis* כחר est *rete*: at in *Talmude* כחר vocatur, cum, quod ante tempus collectum est, soli exponitur, ut calefactione maturescat. Quidquid autem sic maturescit, ἡμίφθον, *semi-coctum*, aut potius ἡμίπεπτον *semi-maturum* non incommode dicatur, quia haec non est perfecta maturatio. Quid si, pro σευτλῖον ἡμίφθον, legas σιλφῖον, ἡ μάσπετον, *silphium*, aut *maspetum*? *Silphium* saepe idem, quod *laser*. Tamen proprie *laseris* radicem, ut *maspetum*

bovem ferum sonat, ideo nuncupata, quod corporis habitu bovis quodammodo similitudinem referat (conf. hujus animalis descript. ex *Buffonio* a nobis allatam supra ad Cap. XXII. not. 2. pag. 281.). Quod vero hanc ipsam capream bubalidem pro *Hebraicis* חר haberet, id fecit auctoritate interpretum *Chaldaicorum*, quippe qui pro חר penere solent חר, quod respondet *Arabis* بقر الوحش, ut vidimus not. 4.

Ego non admodum refragarer, modo major esset veterum interpretum in convertendis animalium nominibus auctoritas.

(6) Hac eadem ratione in istis terris etiamnum captari capreas, narrat *Boullaye le Gouz*, totidem fere verbis, *Voyages et Observations* Paris 1657. 4. p. 247. Verba, quæ maxime ad rem faciunt, excerptis *Oedmannus Fasc. IV. p. 32.*

tam laferis folium sonat: quorum utrumque habuit suos usus. Id si sequaris, vocis מרר duplex erit versio, et quae sequitur מכמר, erit ἀνεμήμευτος. Quod, quia magis insolens, minus probo. Iam Syrus, qui מכמר flaccidum reddit, videtur legisse מכמם, aut potius מכמר, Daleth pro Res. Syris enim حطم est flaccescere: ut Hebrasis כמם. Proinde beta flaccida in hoc ipso loco حطم dicitur. Atque magis ad rem id esset, ut qui animo defecti in compitis jacent, cum beta flaccida conferantur, quam cum beta, aut etiam laferpitio semi-cocto. Ita enim in Catullo legas,

— — — languidior beta.

Sed et Augusti verbum fuit betissare, pro languere. Suetonius in Augusto, capite octuagesimo septimo, Quotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter asurpassit eum, literae ipsius autographae ostentant. In quibus, etc. betissare pro languere, quod vulgo lachanissare dicitur. Ad quae verba Casaubonus, Veritissa Augustum Graecam vocem λαχανίζεν betissare, non mirum: nam λάχανον Atticis beta est. Recte: sed iis, quae sequuntur, non assentior. Legitur in veteri Glossario, Vacillant, Λεκανίζουσι, Βαμβάινουσι: perperam. Lego λαχανίζουσι, etc. At ego λικνίζουσι, quia λικνον vannum et cumas sonat, in quibus pueri agitantur. Unde Bacchus λικνίτης. Et Glossae Philoxeni, Λικνίζω, vannio, vannio. Superest de Chaldaeo dicamus, in quo pro מררין ut phialas frangas, quae sunt prorsus ἀπεσπιδόνουσα, legerim libens רימי, vel רימני מררין, ut oryges retium, id est, irretitos. Et vero pro מררין Elias legit מררין. Et Buxtorfius id sequutus est. Sed in voce, quae praecedat, omnes haerere video, aut ea dicere, quae essent — — ἀγγεῖτ' αμείνω (?).

(7) Pro eo, quod nos nunc legimus מררין מִכְמָר MICHAELIS in Bibl. Orient. efferendum putat מִכְמָר מִכְמָר, ut poenitens tristis, vel squalidus, coll. Syriaco ܡܚܡܐ, poenituit, et ܡܚܡܐ, doluit, tristis fuit: quod an praefendum sit illi vulgaris lectionis interpretationi, quam supra dedit

Bochartus, quisque sponte sentiet. PAULUS in Clavi ad Iesaj. LI, 20. adhibitis Arabum ٢٠, funis, et ٢٠, magnus, verba מִכְמָר מִכְמָר interpretatur: instar animalium obessorum fune copulatorum (ine Kuppl großer fitter Thiere): quam feliciter, judicent alii.